



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt VIII. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

non dedit, quia filium praesentem habuerunt, nec o-
pus erat duobus paracletis, postquam ipse in coelum
ascendit, adeo copiosum dedit spiritum, ut corporali
eius praesentia, & magisterio non egerent, sed libere
pronunciarent: *Visum est Spiritui sancto & nobis*. Quem
eundem spiritum in Ecclesia ad finem vsque mundi
reliquit, ne villo vnquam tempore à vero aberrer.
Tam enim nostris temporibus est ille spiritus necessa-
rius, quam fuit olim viuentibus apostolis.

VERSUS 36. vsque ad fin.

*Quis est hic sermo quem dixit, Qua-
retis me, & non inuenietis: &
ubi sum ego, vos non potestis ve-
nire? &c.*

QUESTIO I.

Quae sententia Iudeorum de Christo?

§. 1. **A**lij prophetam, aliquem insignem, alij Chri-
stum existimant. Exspectabant enim aliqui
insignem prophetam praeter Christum dominum. O-
mnes fere Galilaeum esse iudicant, quod occulte na-
tus in Galilaea habitavit, ibique cognatos, & parentes
habuerit. Facile tamen scire poterant de castello Da-
uid esse, & in xipus, pago, cum in genealogiis tam essent
curiosi, sed libenter omnem incredulitatis occasio-
nem arripiunt. Hinc continuo ex Nicodemo qua-
runt, num & ille Galilaeus sit; ignorabant enim disci-
pulum esse: itaque propensionem erga patriam esse
existimabant, quod Christo gentili faueret. Quin il-
lud etiam absurde concludunt. Nunquam surrexit ex
Galilaea propheta, igitur ne nunc quidem id factum
esse. Cum paulo ante regem Idumaeum habuerint,
quod omnino nouum fuit. Versus vltimus ab
antiquis multis abest, nec legitur à Chy-
lostomo, nec Theophy-
lacto.

CAPVT VIII.

IESVS autem perrexit in montem Oliueti. 2. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis
populus venit ad eum & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribae, & Pharisei mulierem
in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio. 4. & dixerunt ei: Magister, hac mulier
modo deprehensa est in adulterio. 5. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.
Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum, Iesus autem inclinans se deor-
sum, digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine
peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. 9. Audien-
tes autem unus post unum exiebant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.
10. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt, qui te accusabant: nemo te condemnauit? 11. Quae dixit:
Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & iam amplius noli peccare. 12. Iterum er-
go locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen
vitae. 13. Dixerunt ergo ei Pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. 14.
Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum quia scio,
unde veni, & quo vado: vos autem nescitis, unde venio, aut quo vado. 15. Vos secundum carnem iudicatis, ego
non iudico quonquam: 16. & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit
me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum, qui
testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Vbi
est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sci-
reretis. 20. Haec verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum
venerat hora eius. 21. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quaeritis me, & in peccato vestro moriemini.
Quo ego vado, vos non potestis venire. 22. Dicebant ergo Iudaei: Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit:
Quo ego vado, vos non potestis venire? 23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mun-
do hoc estis, ego non sum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccato vestro: si enim non cre-
dideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Princi-
pium, qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quae
audiui ab eo, haec loquor in mundo. 27. Et non cognouerunt quia Patrem eius dicebat Deum. 28. Dixit ergo
eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut
docuit me Pater, haec loquor: 29. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quae placita
sunt ei, facio semper. 30. Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui credi-
derunt ei, Iudeos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: 32. Et cognoscetis veritatem, &
veritas liberabit vos. 33. Responderunt ei: Semen Abrahae sumus, & nemini seruimus vnquam: quomodo
tu dicis: Liberi eritis? 34. Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus
est peccati. 35. Seruus autem non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum. 36. Si ergo vos
filius liberauerit, vere liberi eritis. 37. Scio, quia filij Abrahae estis: sed quaeritis me interficere, quia sermo meus
non capit in vobis. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum loquor: & vos quae vidistis apud patrem vestrum:
facitis. 39. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahae estis, opera
Abrahae facite. 40. Nunc autem quaeritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam au-
diui à Deo: hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri: Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione
non sumus nati, unum patrem habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis
veritatem meam, ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loque-
bam meam non cognoscitis: Quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre diabolo estis: & desi-

deria patris vestri vultis facere ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius. 45. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 47. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. 48. Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? 49. Respondit Iesus: Ego demonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. 50. Ego autem non quero gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. 51. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in æternum. 52. Dixerunt ergo Iudaei: Nunc cognovimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est, & propheta, & tu dicis: Si quis sermonem meum servauerit, non gustabit mortem in æternum. 53. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & propheta mortui sunt, quem teipsum facis? 54. Respondit Iesus: Siego glorifico me ipsum gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est. 55. Et non cognovistis eum: ego autem novi eum: Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius servo. 56. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est. 57. Dixerunt ergo Iudaei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 58. Dixit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. 59. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum: Iesus autem abscondit se & exiit de templo.

IN CAPVT OCTAVVM ARGVMENTVM.

MANE ad templum venienti adultera adducitur, eiusque iudicium, exquiritur, ut occasio accusationis reperitur, sed cum prudenter dolos hostium in ipsos retor- sisset, omnes paulatim abeunt, ipse, nec ab aliis, nec a se damnatam mulierem mo- net, ne amplius velit peccare.

Deinde se mundi lucem esse affirmat, suum de se testimonium esse verum, quod pater i- dem testetur, interim se pariter ac patrem ignotum esse Iudæis, abiturum se, nec posse sequi ipsos; subijcientibus vero: an seipse esset interfectorus? respondet, se de supernis esse, illos de infernis, eos in peccatis morituros, se solum non esse, hortatur credentes ad constantiam, ia- stantibus nobilitatem ex Abrahamo, respondet, ut opera Abraham faciant, nunc eos ad necem suam intentos, ex diabolo esse, à nemine se de peccato argui posse, Samaritanum non esse, nec demonium habere, Abrahamum exultasse, ut videret diem eius, vidisse & gavisum esse, se ante Abrahamum esse, tandem cum lapides colligerent, ad eum lapidandum exiit de templo.

A vers. 12. ad 28. in Syriaca Ecclesia legitur ad oblationem Dominicæ secundæ post Epi- phaniam. Hinc ad finem. Lectio diei quarti hebdomadis candidatorum, de quibus in su- perioribus dictum est.

VERSVS 1. 2. 3.

Iesus autem perrexit in montem Oli-
veti: Et diluculo iterum venit in
templum, & omnis populus venit
ad eum, & sedens docebat eos. Ad-
ducunt autem Scribae & Pharisei
mulierem in adulterio deprehen-
sam: & statuerunt eam in medio.

QVÆSTIO I.

An historia adultera sit authentica?

§. 1. **M**ANE Christo ad templum venienti mulier in adulterio deprehensa adducitur iudican- da, hoc est enim quod ait *dehæc*, in quibusdam additur: *subiit, profundo*. Laudabilis populi feror, qui Do- minum audientis accessit, *πᾶς ὁ λαός*, omnis populus, quamvis particula vniuersalis à quibusdam ablit. No- tæm egit in monte Oliueti in oratione, & priuatum discipulos instruxit. Alcuinus etiam docuisse eum exi- stimat. Docuisse enim ait Christum in monte chrisma- tis, montem indicare sublimitatem Dominicæ pieta- tis, sessionem humilitatem incarnationis, quod vero *de* pro *de*, quidam legunt, & misericordiam significare putant, error est eius ætatis Græcarum li- terarum ignaræ.

§. 2. An historia illa ad contextum pertineat, an vero adscititia sit, olim à quibusdam dubitatum est. *Quidā nea* Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos à multis exem- *gant hanc* plaribus abesse refert. In Syro exemplari non inue- *historiam* nitur. Nonnus eam omisit. Euthymius monet in ex- celsioribus codicibus non haberi, aut obelo confixam esse, nec ab ullo exponi. Scire, inquit, oportet, quod ea, quæ ab hoc loco habentur, vsque ad eum, quo dicitur: Iterum ergo locutus est Iesus dicens: Ego sum lux mundi: in ex- celsioribus exemplaribus, aut non inueniuntur, aut obelo con- fissa sunt, eo quod illegitima videantur, & addita. Et huius argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus. Nobis ta- men animus est & hac declarare, quod vtilitate non careant, sicut & caput de muliere in adulterio deprehensa, quod inter hac ponitur.

Chrysostomus in expositione, & Theophylactus eius non meminerunt. Clemens etiam & Origenes omittunt. Eusebius lib. 3. cap. 39. Ex Papiæ additam existimat. Caietanus dubitat. Caluinus admittit, Be- za rejicit, aut sane suspensam ait.

§. 3. Quamvis autem olim dubitatum est, nunc tamen certum est, historiam authenticam esse ex *Authenticam* *est historia* *est historia* concilio Tridentino, quod libros eos qui nunc exstant cum partibus omnibus approbauit. Lutherani qui- dam Evangelicam, & apostolicam iudicant, ut Bren- tius, alij rejiciunt, prout cuique in mentem venit. Au- thoritas illius probatur. Ex constitut. apost. apud Cle- mentem Rom. lib. 2. cap. 24. *Alteram mulierem, quæ deliquerat, cum seniores ante Dominum sisterent, iudicio et*

Hh 2

deni

dem relicto, egressi sunt. Dominus autem, qui corda nouit percontatus eam, esse ne à senioribus condemnata, cum negasset illa: Abi igitur, inquit, neque egote condemnno.

Eodem modo Ammonius Alexandrinus, Synopsi Athanasiana, Chrysostom. hom. 60. in Ioannem. Gennadius de primatu Papæ, & sacrificio Azymo, est & apud Leontium in commentariis. Videntur autem nunc Græci eam admittere, & olim probasse. Certe antiquissimus Mollensis in pergamena liber scriptus, cum in textu non habeat, addita tamen est, alia, sed antiquissima manu, foliculo inserto, & signo notato in eo loco ubi continuari cum textu oportuit: ut facile appareat Græcos in sententiam latinorum discessisse. Latini fere eam agnoscunt. Calixtus Ep. 2. Ambrosius posterioris apol. David. c. 1. diligenter notandum admonet, ne quis adulterium putet non damnatum, cum legit adulterā absolutionem. Et lib. 7. Ep. 58. Hieronymus non obstantibus libris græcis eam probat. Psalm. 36. & 44. Imo lib. 2. contra Pelagianos, qui citari in contrarium solet, cap. 6. Hoc quod dicitur sine peccato grace scriptum est ἀναμάρτητος. Qui ergo dicit, aliud esse sine peccato, & aliud ἀναμάρτητος: aut græcum sermonem nouo verbo exprimat, aut si expressum est à latini, ut interpretationis veritas habet, perspicuum est ἀναμάρτητος nihil aliud esse, nisi sine peccato. Et quia accusatores omnes fugiunt, rursusque in terra scribens, terramque despicens, paulatim discedere, & oculos illius declinare coperunt; solusque remansit cum muliere: cui locutus est Iesus: nec ego te condemnabo, vade, & amodo noli peccare. Præcepit Dominus ne vterius peccaret, sicuti & alia similiter in lege mandauit, sed vtrum ea fecerit, nec ne scriptura non refert.

Hieronymi inimicus Rufinus, inuictiua 1. Angustinus lib. 2. cap. 6. de adulterinis coniugibus, & c. 7. & Psalm. 50. & Tract. 33. in Ioan. Leo primus serm. 10. de passione Domini. Prosper l. 1. c. 8. de vocatione gentium. Gelasius contra Andromachum senatorem. Iudæus contra Varimundum Arianum, Petrus Chrysolog. serm. 113. Gregorius Magnus l. 1. c. 5. in Iob. Eucherius Lugdunens. lib. 3. post 3. Dominic. quadragesimæ. Alcuin. hoc loco. Beda ad c. 31. prouer. Rabanus l. 3. in Exodum. Ilidorus Hispal. in allegoriis. Rupertus hoc loco. Nicolaus 1. Epist. 40. ad Carolum. Hugo l. 4. c. 33. de claustro animæ. Bonauent. c. 68. in meditationibus. vix Christi. Et nunc omnes eam sequuntur sententiam, quam Concilium Tridentinum proposuit. Adeo vero Danæus certam putat historiam, ut etiam Bellarminum reprehendat, quod questionem excitet, cum iam nemo dubitet. Dubitat tamen Beza. [Versiculus iste, & quæ ab eo intercedunt, vsq; ad πέντε εὐν, id est ad versum sequentis capitis duodecesimum, neque apud Syrum interpretem, neque apud Chrysostomum, quamuis eius meminerit hom. in Ioannem 60. & c. ad me quidem quod a tiner, non dissimulo mihi merito suspectum esse, quod veteres isti tanto consensu, vel reiecerunt, vel ignorarunt.]

Bezam refutat Maldonatus, & Gretserus defens. l. 1. c. 16. de verbo Dei. Etiam Iunius, & Franciscus Nansius, ipse Calvinus, qui eam recipit, quia semper à Latinis Ecclesiis recepta fuit, & in pluribus vetustis codicibus reperitur; & nihil apostolico spiritui indignum continet, ad Eusebium quod attinet non loquitur de adultera, nec Erasmus recte eum intellexit, ut probat ex Nansio noster Gretserus. Erasmus dicit, Eusebium Ecclesiasticæ historia lib. 3. cap. vlt. in fine; ind. care hanc historiam de muliere adulteræ delata apud Dominum, additam Evangelio Ioannis ex Evangelio quod inscribitur secundum Hebræos. Idem post Erasmus notarunt multi alij: sicut & ipse Camerarius. Sed videndum an id eo loco dicat Eusebius, Rufinus quidem eius interpretis ita habet. Vtitur sane idem Papias testimonij ex Epistola Ioannis prima, & Petri similiter prima. Simul & historiam quandam subiungit de muliere adultera,

qua accusata à Iudæis apud Dominum. Habetur autem in Evangelio, quod dicitur secundum Hebræos. Hac ille. At in Evangelio Græco (qui tempore Erasmi nondum erat editus sed anno domini 1544. excusus est à Roberto Stephano) ita legitur. καὶ ἔταυ ἡ ὁ ἀνὴρ (Nemias) μαρτυροῦντος τῷ τῷ Ἰωάννῃ καὶ τῷ Γεωργίῳ καὶ τῷ Πέτρῳ ὁμοῖως. ἐκ τῆς ἑταυ ἡ ὁ ἀνὴρ ἰσχυρῶς καὶ ἰουδαῖος ὁπότε πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίθητο ὁ Ἰωάννης καὶ ἔταυ, ἡν τὸ καὶ ἐταυ εὐαγγ. γελίου καὶ πετρῶν. Quæ Ioannes Christophorus ita reddidit: Idem scriptor (Papias) prioris Epistola Ioanni, & Petri similiter prioris, vsus est testimonij. Aliam porro narrat historiam de muliere, quæ mulierum criminum apud Dominum esset insimulata: quam quidem Euangelium secundum Hebræos complectitur. In quibus nullam vides adulterij mentionem.

Alia igitur illa historia fuit; nam hæc de nullo alio crimine accusata est, nisi quod modo deprehensa fuerit in adulterio.

§. 4. Nec rationes aliter sentientium, quicquam ad rem faciunt. Plures enim libri & auctores habent, quæ omittant. Deinde Iesus solus relictus est, non quod nemo adfuerit, sed nemo accusatorum manserit. Nec nouum videri debet, & insolitum, quod Christus scripserit, cum multa eius facta solitaria sint, ut cum spiritu sancto sanauit, pedes discipulorum lauit, aliaque fecit. Duo autem hinc vtilissima documenta colligimus. Primum est, falsum esse axioma, Græcorum codices incorruptos omnino mansisse, ex illis colligendos semper Latinos. Hac enim in historia Latini con-

stanter textum retinent, Græci variant, & sectarij Latini minus infesti, hic tamen eos præferunt, ut Calvinus, Beningus, Bullingerus, Bucerus, Musculus, de quare multis Bellarmin. lib. 2. cap. 7. & eius defensor Gretserus. Alterum est, non posse absque traditione de hac Traditione scripturæ parte causam definiti. Cur enim Beza suspensa est historia adulteræ, cæteris probata? non potest esse alia ratio dari, quam traditionis auctoritas: sine qua nulla est nobis scripturæ certitudo. Nam colla hic esse non potest, nec enim de sensu agitur, sed auctoritate scripturæ; spiritus priuatus locum non habet, cum sit in diuersis adeo varius. Quis enim sine certa reuelatione docere potest, historiam illam vel delendam de Latinis, vel addendam Græcis, nisi traditione nitatur? Nam ratiocinationes & coniecturæ limitatem fidei efficere non possunt.

VERSUS 4. 5.

Et dixerunt ei: Magister, hac mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?

QUESTIO I.

Cur adulteram ad Dominum adducunt?

§. 1. **R**eam in medio statuunt captiuam. Et sic autem in medio statuunt ipsam in medio. In Græco est ἀγχοῖ πρὸς αὐτὸν, ducunt ad ipsum, sed in Latino πρὸς αὐτὸν, non legitur, & à Græcis aliquot abest. Sicut & vers. 4. quidam addunt πρὸς αὐτὸν, plerique habent ἐν τῷ μέσῳ, inuenimus in ipso opere. Causa non erat, quod de crimine aut pena legibus statuta dubitarent, vtrumque enim nosse se profitebantur, sed ut Dominum tentarent: nam siue absolueret, siue lapidare iuberet, accusatio. Non enim apud populum paratam habebant. Facilius enim apud populum paratam habebant. Quia in ipso facto deprehensa erat, alij

Hebr. in lege nostra, Moyses mandauit nobis eiusmodi lapidare. Græca quædam habent λιθολογία, alia λιθάριον, alia λιθάριον, nulla sententiæ varietate. Quædam exemplaria habent: οὐδὲν τι λέγεις ἐλθόντος. Tu quid de ipsa dicis, sed pleraque omittunt illud: ἐλθόντος, de ipsa.

Lex Deut. est 22. 20. Quod si verum est quod obijcit, & non est inuenta in puella virginitas: eieciet eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruet viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israel vt fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israel. Si puella virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate & concubuerit cum ea: educes utrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruetur: puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: vir quia humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui.

Leuitici 20. 10. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus, & adultera.

Hic de morte adulterorum tantum loquitur, non de lapidatione, at sponfam lapidari imperat. Videtur tamen eadem fuisse pœna, certe non debebat esse minor, cum maius flagitium sit, marito, quam sponso violare fidem. Constat etiam Susannam eductam esse, vt lapidaretur, at coniux illa erat: Lapidabantur igitur & coniuges adulteri. Theodoretus in Ezechielem etiam combustas adulteras tradit, postquam lapidatæ fuissent.

Querere etiam solent, cur non adulterum adduxerint. Variæ coniecturæ: Fugisse illum, capi non potuisse sine periculo, & pugna, fauore, & precibus obtinuisse, ne in iudicium adduceretur: in viro tanti non fuisse adulterium, illos ipsos accusatores adulteros fuisse. Constat in summa mortem corruptela virorum adulteria eo tempore fuisse fere impunita, in mulieres vindictam grauius. Nec Pharisei pleni immunditia mortis emendationem, sed mortē Domini quærebant.

§. 2. Producent ergo ream, vt Christum innocenter, faciant reum, atque ad populum traducant, vt in iudicio non periret, vt haberent accusationem aduersus illum, alij κατηγόριον αὐτοῦ, accusare ipsum, at quomodo sperare poterant Dominum ita respondurum, vt occasio accusationis nasceretur? si enim agi lege iuberet, quid erat quod quærentur? Nimis lenitatem eum accusarent, vt multi putant. At cur non Moysen legislatorem, magistratum legis administrum, ipsum Deum eadem culpa inuoluerent: irrita igitur & euania accusatio, quæ in legis sanctitatem impia, in Deum blasphemata esset. Nonnulli periculum à Romano præside futurum fuisse, si Christus morti ream addidisset, cum rei cognitio, & iurisdicatio præsidis esset. Non porit hoc periculum in Christum deuoluī. Nō enim ab illo tanquam iudice feralem sententiam, qua rea occideretur, sed iuris & legis expositionē postulabant: Christus autem de iure respondere potuit, more Theologorum, & iuriconsultorum, non mandare executionem, alioqui magis Pilatum præsidem offendissent illi, qui eius neglecto tribunali, alium iudicem compellassent.

§. 3. Malitiose igitur tentationis alia ratio inueniendæ est, si quidem absoluisset ream, non dubiū est, quin eum tanquam aduersarium legis, libidinis patronum, & adulterij magistrum diffamare statuerint, cum præsertim illius cum peccatoribus familiaritatem, crebro inculcarent. Si damnasset miseram non tam crudelitatis eum accusassent, quam Messiam negassent. Nam de Messia dictum erat, fore super omnes mitem, daturum captiuis remissionem, audirent toties eū peccata indulgentem, dicentē: remittuntur tibi peccata tua. Vides tu a te saluum fecit. Matth. 9. & 10. Luc. 7. 48. & 50. obferuabatur in cōsortio eius Matheus princeps pu-

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

blicanorum, Maria quæ in ciuitate peccatrix fuerat. His tanquam Messias peccata remisit, & caros habuit. Cum vero Matth. 21. 31. & 32. dicat, publicanos & meretrices præcedere eos in regnum Dei, eas Ioanni credidisse. Phariseos autem videntes nec penitentiam habuisse postea vt crederent ei, satis indicat, publicanos & meretrices à Ioanne conuersos in fide perstitisse, idcoque & sibi credidisse, si hanc igitur damnasset, non modo contra professionem, sed etiam consuetudinem egisse videretur, nec esse Messias, qui liberaret à peccato, sed qui vlcisceretur.

Consuetudo igitur lenitate acturum arbitrabantur, & mulieri dictum, vt in se crederet, remissa peccata, cum tot impios olim, adulteros, meretrices, & publicanos mitissime excepisset, magna etiam dignatione eueisset, miraculis & celestibus donis adornasset, atque ita S. Augustinus tract. 33. Anima duceretur eum nimium esse mitem: nimium esse mansuetum, de illo quippe fuerat ante prædictum, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Ergo attulit veritatem vt Doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam vt cognitor. Propter hac eum esse regnaturum in Spiritu sancto propheta prædixerat. Cum loqueretur, veritas agnoscebatur: cum aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, id est, de veritate & mansuetudine eius inimici liuore & inuidia torquebantur: in tertio, id est, iustitia scandalum posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidari. Et vtique lex, quod iniustum erat, iubere non poterat. Si quis aliud diceret, quam lex iusserat, iniustus deprehenderetur. Dixerant ergo apud semetipsos, verax putatur, mansuetus videtur: de iustitia illi querenda calumnia est: offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, dicamus quid de illa in lege præceptum sit: si eam iusserit lapidari, mansuetudinem non habebit, si eam dimitti censuerit, iustitiam nō tenebit. Vt autem mansuetudinem, inquiunt, non perdat, in qua iam populi amabili factus est, sine dubio eam dimitti debere dicturus est, hinc nos inueniemus accusandæ occasionem, & eum reum faciemus tanquam legis prauaricatorum, dicentes ei, Hostis es legis, contra Moysen respondes, imo contra eum qui per Moysen legem dedit, reus es mortis, cum illa & tu ipse lapidandus es. Posset huius verbi atq. sententiæ inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari damnatio. Sed cui hoc? Peruersitas rectitudini, falsitas veritati, corruptum cor directo, stultitia sapientia. Quando illi laqueos præpararent, in quos non prius ipsi caput immitterent? Ecce Dominus in respondendo & iustitiam seruaturus est, & à mansuetudine non recessurus. Non est captus cui tendebatur, sed potius capti qui tendebant, quia in eum, qui posset eos de laqueo eruere, non credebant.

Videbatur igitur Christus eo clementiæ progressus vt sanguinis iudicium ferre non posset, præsertim cum mulier trepida, supplex, lacrymans, veniamque rogans, emendationem spondens produceretur.

VERSVS 6.

Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.

QUESTIO I.

Cur scribebat in terra?

§. 1. Insolens illa scriptio videtur, adeo vt eius causa aliqui historiam esse apostolicam negarint. Augustinus de consensu Euangel. statim designasse eos in terra scribendos. Deinde significasse, legem in cordibus fidelium esse scribendam. Ambrosius lib. 7.

Hh 3

Epist.

Epist. 58. scripsisse: Terra scribe hos abdicatos, l. 9. Ep. 76. Illud de festuca in oculo fratris, l. 3. de Spiritu sancto: hæc ipsa verba scripta putat: Qui vestrum est sine peccato, &c. Et l. 6. Ep. 51. alias producit coniecturas probabiles illas quidem, sed incertas.

Quidam
hul scripsisse.

§. 2. Multorum illa est sententia, ut Christum characteras nullo fecisse, tantum ductos quosdā in pulvere formasse existiment, quo contemptum dolosæ tentationis ostenderet; solent enim qui audire contemnunt, vel sese auertere, vel legere, vel aliud agere, quo ostendant nolle se ad illa quæ dicuntur attendere. Rationem adferunt triplicem. Primo enim ex scriptis noua quæstio orta fuisset, & disputatio. Deinde secundo non scripsisset, si alicuius mysterij rationem habuisset. Denique Euangelium scripturam illam explicuisset. Verum non video, cur incommoda illa sequantur. Potuit enim illa scriptio esse sententiæ adeo certæ, & euidentis, ut nihil occurreret inuidiæ, quod calumniaretur. Forte talis erat ut in ruborem eos daret. Hieronymus singulorum expressa peccata existimat l. 2. contra Pelagianos. Nec video cur non secundo scribere potuerit, si nondum ea quæ constituerat, absoluit eo tempore, quo responsum urgebant, si semel bene scripsit, potuit iterum scribere: potuit tertio. Curenim secundo facere ductus tædij vitandi causa potuit, non potuit literas formare? Nec opus erat ut Euangelium nobis scripturam exprimeret, quod tam multa tacuit alia, ut si scriberentur mundus capere libros non posset.

Incertum
quid scripserit.

§. 3. Hanc igitur sententiam etsi probabilem iudicem, mihi tamen alia commodior occurrit. Veram scilicet aliquam sententiam l. 1. teris seu Hebræis, seu Syr's Christum expr. sisse, quamvis quid scripserit, nulla coniectura assequi possim. Ratio mea est, quod de vera scriptura veteres intellexisse omnes videam, non enim characteras formasse dubitant, sed quid scripserit, inquirunt. Postulat hoc ipsa scriptura, quæ propriam verborum suorum expositionem requirit, cum nihil ex illa vel contrarietatem, vel aliam scripturam concluditur, non autem ratio est, cur scribere & se deus improprie accipiamus; nam contemptum infidiosa interrogationis tam scribendo veras l. teras, quam formando *ἀναγνώσκοντας*, lines nihil significantes, indicare potuit. Denique qui aures mentemque a fastidiosa confabulatione, aut molestis quæstionibus abducere volunt, aliud agere quippiam solent, ut ductus in pariete formare, tabulas, montes, sylvas aut similia contemplari, non procumbere in terram, & in pulvere lines ducere. Hic vero Christus *κατακλύσας*, vel ut alij *κατακλύσας* deosum inclinans se, non tantum ut habet Calviniana interpretatio. Coniecit in terram oculis, digito scribebat in terram. Molestum hoc erat, & inutilitatem, cum præsertim diutius hoc ageret; nam illi *ἐπερωτῶντες, perseverabant rogantes*. Nemo vel legitur, vel visus est, hoc modo interpellatores contemnere. Nec illi se contemni scriptione arbitrati sunt, responsum enim urgebant. Deinde auditum, ut qui sine peccato esset, primus lapidē in eam conijceret, vnus post alium exibat, incipientes à senioribus, perseverabat igitur scribens Christus donec omnes exissent, nam cum iam solus esset, sese erexit. Non erat autem necessaria tum scriptio ad fugiendam quæstionem, alia igitur causa fuit, aliudue mysterium, quod quamvis nobis ignotum sit, nullum fuisse dicere non debemus.

§. 4. Hoc exemplo docemur non discendum à vera doctrina. Ita hodie cum Saran variis modis orthodoxos à se credendi forma, & docendi munere abducere conetur, multa quæ nobis obijcit, contemptum prætere nos decet. Multis friuolis caulis, perinde ac sparsis in aerem nebulis, hæretici orthodoxos

quantum in se est, exagitant, si singulis discutientibus anxie se occupent pij doctores, telam penelopes ordiuntur. Tales ergo remora, quæ nihil quam Evangelij cursum impediunt prudenter negliguntur. Quis enim Osiandrum de iustitia, quis Flaccum de originali peccato, quis Libertinos, quis Zwinglianos de Eucharistia audiat, veterum errores iterum iterumque inculcantes? atque hoc de illis accipio, quæ impetui obesse non possunt, cætera enim seruo, & sollicite refutanda sunt.

VERSUS 7.

Cum ergo perseverarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, &c.

QUESTIO I.

Quid respondet?

§. 1. *Q*ui vestrum est sine peccato, primus in illam lapidem mittat. Hæc cum diceret erexit se, *ἀνέστη*, alij codices *ἀναβέβηκε* sursum aspiciens, coactus autem respondet; nam cum scribentem & inclinatum in terram viderent, tanquam prostrato insultant, nec enim expedire solutionem posse credebant, at Christus inexpectato eos *ἐν φωνῇ* percussit. Dupliciter autem possunt esse *ἀναβέβηκε* sine peccato, vel ut peccare non possint, vel ut non peccarint, de posteriore modo dominus est intelligendus. Loquitur enim illis qui intus erant pleni rapina, & immunditia Mar. 23. 25. & hypocritis, & iniquitate, v. 29. Iudicium ergo illis permittit, & non modo non tollit legem, sed etiā modum excusationis præscribit. Deut. 17. 7. *Manu testium prima interficiet eum*. Si in legem commisit, & vos testes p. occiditis, vestrum est manu occidere, quæ simonio, iam ream occidistis. Sed tamen memineritis & vos esse adulteros nequiores hac miscella, quæ vobis nocentior non est, quia deliquit, sed infeliciores apparet, quia deprehensa est.

§. 2. Non tollit iudicia à Republica, nec vetat magistratum sibi male conscium, legum vigore crimina vlcisci. Tantum admonet, ut in alieno supplicio merita sua æstiment. Criminis admissi miseram puduit, & poenituit, Pharisæi truces alieni lapsus censores, quotidianam flagitia sua non æstimabant. Vere Augustinus: *ὁ ῥεσπὸς sapientia, quomodo eos intronisit in semetipso?* Foris enim calumniabantur, seipsos intrinsecus non persectabantur: adulteram videbant, se non perspiciebant, præuicinatores legem implere cupiebant, & hoc calumniando; non vere tanquam adulteram a castitate dammando. Dixi enim non zelo legis, sed cupidine nocendi eam adduxisse, si enim de lege ageretur, iam ducere eam non appellato domino poterant. Iudicium porro impij iudicis, cum legitime pronunciat, est Dei, non hominis privati iudicium. Cum autem alterum iudicat, seipso condemnat. Valde igitur graue Dei iudicij experientur, qui alios iudicant, & eisdem obnoxij sunt criminibus.

§. 3. Calvinus ut conuiuium Catholicis dicat, verecundiam scribarum laudat. [Atq; vinam saltem in scribis nostris, qui hodie suā ad Christum oppugnant dum Papæ se venditant, tantum esset verecundia, sed adeo ipsos depudit, ut flagitiis omnibus infames, eo ipso gloriarentur, quod probrois esse impune liceat.] Huic Stapletonus vere respondet, nō esse credendum infami Stigmati, nec etiā Beza, cuius libidines mundo palam innotuerunt, multis verbis, quos nō commemoro, ne librum tanta fœditate cõtaminem. Quæ cunctis Catholicis obijcit, in aliquos forte cōueniunt, propter quos Ecclesia lugere cogitur, quod si libitimp

hanc sint probrosi, non diu futuri sunt; & illos probrosos, & eos praelatos quorum negligentia impune sunt tales, vindicta corripiet. Hoc sane constat, neminem a nobis in castra aduersariorum discessisse, nisi ut licentius esset probrosus. Sunt in Catholica Ecclesia peccatores, sunt scandala, nec verum esset Ecclesia si in ea scandala non essent, cum esse futura, predictum sit. Insultum tamen est, paucorum vitia totis nationibus imputare. Potro Calvinistarum ea est conditio, ut nihil non improbum ac flagitiosum in eorum coetibus esse possit; nam disciplina eos ad crimen erudit, atque animat. Quid enim non se ille ad adulterium accingeret, cui credere necesse est, legem illam, non adulterabis, sibi seruatu impossibilem esse? se liberum arbitrium non habere: illud ad peccatum cogi, vti resistere non possit, quid aliud de Cupidine suo, eiusque sagittis Gentes olim commenta sunt. Hæc igitur doctrina probrosos, quos non inuenit, subito facit.

Quantum enim abest, ut adulter ille sit, qui tam verè credit se legem adulterii verantem, nec seruasse, nec posse seruare, quam verè credit nullum adulterium sibi imputatum iri? Hinc mox à principio flagitia illa in Calvinismum inundarunt. Erasmus Tom. 9. ad fratres Germaniæ inferioris.

§. 5. Hoc percussit responso abeunt v. 9. Vbi in Greco additur, *καὶ τὸ ἐκείνου τὸ εἶναι ἡμετέρας ἐκείνου*, Et à conscientia redarguit, quod verus interpretes non legit. In quibusdam deest, *ἐκείνου τὸ εἶναι ἡμετέρας*, vsq. ad ultimos. Sen u scelerum tacti sunt, quali solent impij, cum aliquando ad se redeunt, itaq. sollicitudine & metu, obliu acculationis, præuaricantur, & sese subducunt.

VERSVS IO. II.

Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? &c.

QVÆSTIO I.

Quid mulieri Dominus respondet?

§. 1. PRIMO beneficium à se mulieri collatum ostendit, cum quatit ubi sunt accusatores; nam magna spes reo oboritur, si causam deserat accusator. Vnde legitur in Greco. Aliqui codices *ἀπὸ τῶν δεινῶν*, dicit ipsi, mulier. Alii, *ἐκ τῶν πονηρῶν*, dicit: mulier. in alijs deest, *ἐκ τῶν πονηρῶν*. Deinde quatit, an nemo damnauit, ubi querit de sententia iudiciali, & efficace, non putatis iudicijs. Nondum autem eo peruenerant, ut damnarent; nam sua cuique culpa cum toto horrore, & spurcitia in faciem ingesta alieni delicti curam excussit.

§. 2. Ne ego te condemnabo, inquit. Quid est Domine? quatit Augustinus tract. 33. *Fautes ergo peccato? Non placeat. Ita attende quod sequitur. Vnde, deinceps noli peccare. Ergo & Dominus damnauit sed peccatum, non hominem: nam si peccatorum fautor esset, diceret, nec ego te condemnabo, vnde & vnde vi ui: de mea liberatione esto securus, ego quantumcunque peccaueris, te ab omni pena eternam gehenna & inferni terrore liberabo. Non hoc dixit.*

Ex quo concludit, non esse sperandum fore peccata impunia. Mansuetum esse Dominum sed tamen eum iustum. Nec ergo desperandum, nec præsumendum.

Ambrosius Epist. 51. libr. 6. Ad Stadium iudicem, hoc eum exemplo ad clementiam hortatur. pag. 310. Quod Dominus memor clementiæ adulterani non damnet. Sed ad emendationem adhortetur.

Et Epistola 52. eandem commendat, inclinât Christus caput cum accusatur, eleuat, cum defecit accusa-

tor. Et generatim contra omnes Zwinglianos concludit. Ita nullum damnari vult, absoluti omnes. Nec omittendam, quod ex interrogatione Christi elicit argumentum contra veteres, & nouos agnoscias. Vide eum editione Antverpiana p. 312.

§. 3. Duo nati sunt obfreticantes Sarana ex hisce tam salutaribus verbis errores. Quidam enim adulterium negarunt esse peccatum damnabile, quod adulteram Christus non condemnet. Alii negant capitali sententia adulteros puniendos, quod hoc Christus non faciat. Ita etiam apud Calvinum nonnulli. Quos quidem Scriptura non adiuvat, sed quando Calviniani sunt, ipsorum hæresis, quæ ad libidines accendit, à pena excusat. Nempe quod non possint non adulterari. Quantum quidem sit peccatum adulterium sæpe Scriptura inculcat, & nos in eorum locorum consideratione exposuimus. Salubre etiam Republicarum institutum est, ut gladio vindicetur. Quod Christus mulierem non damnauit, non fecit id quod vel illa mortem merita non esset, vel non veller magistratus pudicitiam matrimoniorum gladio virore sancire, sed quod ipse venerat redemptor, non iudex, & damnator. Simul tamen, & hoc monet, non esse necesse ut omnibus adulteris mors inferatur leniore aliquid poena licere defungi. Ambr. Epistol. 52. lib. 6. ad Studium nobilem. Damnationem igitur fugit, non fautor adulterii sed vocationis suæ memor, quod erat saluare animas non perdere.

§. 4. Calvinus orthodoxos calumniatur, sed ita euidenter errat, ut malam causam mendacio facit pessimam. [Atqui hæc est Papalis Theologia, Christum hoc loco legem gratiæ attulisse, qua detur adulteris impunitas, & cum gratiam qualem nobis ubiq. commendat Euangelii doctrina, modis omnibus delere conentur ex animis hominum: hac sola in parte legem gratiæ sonore prædicant. Cui istud, nisi vti est, an libidine toros fere omnes impune contaminent? Hoc profectum est diabolico illo cœlibatu, ut promiscue scortentur, quibus legitimam uxorem habere non licet.]

Respondeo. Totam Theologiam Papalem in eo esse ut doceat, omnia peccata per gratiam remitti, non modo adulteris, sed pœnitentibus. Nullum Theologum esse, ne vnum quidem ex omnibus, qui illo loco Scripturæ impunitatem adulteriorum datam aut promissam dicat; & quamuis pœnitentes absoluat confessorius, diuersa tamen sunt fora iudicis ciuilibus, & spiritalis. Maleficos pœnitentes absoluit sacerdos, iudex pœnæ addicit. Nec enim Ecclesia publica exempla, & terrorem iustitiæ auferre solet. Quantum vero iniuriâ faciat Catholicis dum asserit eos docere, gratiam hic datam, qua adulteria sint impunia; duobus modis ostenditur. I. Quia ut dixi; ne vnum quidem, qui id doceat, nec ille ne tota colluies Calviniana potest nominare. Deinde quia leges Ecclesiæ, omnes doctores contrarium ostendunt. Quis vero credat post tot canonum decreta, Theologorum disputationes, iudicij executiones in Ecclesia Catholica, posse hominem inueniri tam proicetæ impudentiæ, & stoliditatis, qui Theologiam Papalem diceret impunitatem adulterii dare? legat ius canonicum. 32. q. 4. nemo & q. 6. in-
tertia. dignantur. & q. 1. Lex. §. Non ergo & 81. distinct. Si quis clericus adulterasse aut confessus, aut conuictus fuerit, depositus ab officio. communionem concessa, in monasterio toto vitæ suæ tempore deturatur.

Pœnæ sane adulterantium plurimæ sunt in legibus Ecclesiæ. Nam dotem perdit adultera. Ioan. Lupus rubrica de donat. inter virum & vxorē. Sanches l. 10. de diuortio. Disp. 8. Perdit & Parapherna, ut omnes confitentur. Criminaliter etiam accusari potest, & iudicari, non tamen à iudice Ecclesiastico sanguinis enim

h h 4 iudi.

Adulterium
est mortale
peccatum.

iudicium non exercet. Sic Anton. c. cum sit de foro com-
pet. num. 16.

Adulteris magna proposita est poena. Ancyranum
Concilium c. 20. Si cuius vxor adultera fuerit, vel si ipse
adulterium commiserit, septem annorum poenitentia oportet i-
psam perfectionem consequi secundum primum gradum. Con-
cilium Eliberinum c. 64. 65. 69. quinquennio poeni-
tentiam definit.

Concilium Constantin. 3. & dictum generale 6. in
Trullo. c. 87. Quae maritum reliquit est adultera, si venerit
ad alium, ut vult sacer & diuinus Basilius, qui ex Hieremia
Propheta optime hoc collegit: Quod si alij viro vxor fuerit, ad
maritum suum non conuertetur, sed polluta polluetur, & rur-
sus: Qui autem detinet adulteram, est & insipiens & impius.
Si ita prae rationem a marito recessisse visa sit, ille quidem ve-
nia dignus est, haec vero poena. Illi autem venia dabitur, ut Ec-
clesia communice. Sed is qui legitime sibi datam vxorem re-
linquit, & aliam ducit, & Domini sententia est adulterij iudi-
cio obnoxius. A Patribus enim nostris statutum est ut qui sunt
eiusmodi, annum desineant, biennio audiant, tertio anno subsce-
rantur, & septimo cum fidelibus consistant, & sic oblatione di-
gni habeantur, si cum lacrymis poenitentiam egerint.

Haec illi non decreta quidem mortis sententia, sed
tamen ostendit illos Episcopos matrimoniorum san-
ctitatem magni fecisse. Quod vero existarent non
licere adulteram retinere, id non probatur, potest
enim reconciliari.

Concilium Narbonense singulis dominicis diebus
adulteros excommunicat. cap. 6. Vide & Concilium
Wormatiense cap. 44. & Metense primum. capit. 7.
Concil. Meldense. c. 74.

Pontifex
vindex ad-
ulteriorum.
Quod si plura quispiam desideret. legat Epistolam
Nico. ai Pontificis ad Lotharium, aliorumque; ad alios,
& dicet profecto, vitae periculo regum adulteria a
Pontificibus vindicari solita.

At cur mors non decernitur lege Ecclesiastica?

Respondeo mortis id non esse, non solet causa san-
guinis ventilari a sacerdotibus eorum consilio. Cum
criminalis est accusatio formae civile petitur, actio da-
tur a praetore, non Episcopo. Poenitentia alia datur vi-
uentibus, non imperatur inerti. Lex vetus morte
multabat, lex noua ad poenitentiam hortatur, & mor-
tis administrationem illi relinquit, qui gladium non
frustra portat. Notauit hoc olim Iustinus respons. ad
q. 97. p. 350. 30.

Scelus quidem adulteria in nouo Testamento, &
furta capitis poena multanda negat, verum illi &
Theologi & iurisperiti contradicunt, & omnium Re-
publicarum experientia, atque vltus. Mirati sumus au-
tem paucos quosdam id sensisse, quamuis velint
impuniam, sed tantum sanguinem fundi vetant. A ca-
pitis poena potest eximi adulterium, sicut & alia quae-
dam flagitia: nec eadem ratio est veneficiorum, & la-
trociniorum: certe nec Dauid, nec Bethsabee capite
poenas luit. In alio itaque extremo sunt Caluinus
& alii qui negant adulteris poenam mortis remitti
posse.

Iniquissime igitur accusamur de lenocinio, & adul-
terorum patrocinio, calumniatorem, leges, & experi-
entia quotidiana refutat. Et accusamur ab illis, qui ne-
gant se legem Dei seruare posse. Nos Christi verba
obseruamus. illi dicente Domino: iam amplius noli pec-
care, respondent liberrima proterua legem tuam tu
seruato, nos seruare non possumus, porro peccamus,
& peccabimus, sed peccatum nobis non imputabitur,
adulterabimur, sed proba tu nostra teges, tua ius-
tissima, nostra iniustitia est, tu velamen nostra nequitiae,
tu denique patronus libidinum, ut sine pudore liceat,
quod vitari non potest.

§. 6. Alter error est ex Luthero de captiuit. Baby-
lonica. Mulieri Christus duntaxat imperat, ne velit

amplius peccare, *neq. dicitur* & vbi *ipse* n. *quidam* & iam
amplius noli peccare, vel, ex nunc amplius noli peccare.
Quamuis dicitur & vbi a quibusdam deest exemplaribus.
Haec quidem Christus. At vero hic nequaquam con-
sequitur, vel poenitentiam sola emendatione consta-
re, vel nullam in Sacramento poenitentiae requiri sa-
tisfactionem. Tres enim solutiones adducit Bellar-
minus. Primo non constare an Dominus eam a pec-
catis, an a sola poena lapidationis absoluerit. Deinde
si a peccato absoluit tantum esse contritionem po-
tuisse, ut alia satisfactione opus non fuerit. Denique
Christum absolutam potestate, sacerdotes ministeriales,
& quam iuxta leges sibi traditas exerceant, potestate
peccata remittere.

Nec contra primum obiectiones quicquam effi-
ciunt. Nam aliud Christus non dicit, quam ne ego te
condemno. nempe eo significatu quo quasciat; ne-
mote condemnauit; & quo illa condemnari meue-
bat. Mirum vero est haereticos hic oblitescere Bellar-
mino, cum ipsorum primates locum sic exponant,
Nam Muculus asserit: si non condemnata a quo-
quam legitime iudice, &c. Sed hanc responsum
dari oportuit propter astentem plebem, ne videretur
peccata oblitescere.

Caluinus: [Non refertur hic simplex Christi ab-
solutio, sed quod mulierem liberam dimiserit. Et Bre-
uius. Magister atque iurum relinquo: sed cum ille inde-
mnatam relinquerit, nec ego te condemnabo.] In
hunc enim vsu veni, ut remittam peccata. Hoc mu-
nus est, ut seruem, non ut condemnem. Et Calui-
nus. [Neque mirum, nihil enim sua persona alienum
suscipere voluit. Missus erat a Patre ad eum perdit, &
ergo vocationis suae memor, mulierem hortatur ad
poenitentiam, & gratiae praemissione illam subleuat.]
Ex quo non potest certo statui Christum eam iustifi-
casse, egenerasse.

Si igitur Christus hoc solum negat se acturum, ut *interum*
non condemnet, nec partes iudicis suscipiat, non po-
test conuinci eam poenituisse, & peccato liberatam, *penitentia*
sed lapidationi non addictam a Christo, & de vitae e-
mendatione monitam.

Credibile tamen est mulierem poena, & confusio-
ne publicati delicti percussam, tum vero Christi gra-
tia donatam, verum dolore de peccatis, & studium
emendationis concepisse. Sic enim & Augustinus, &
alii interpretes sentiunt. Augustin. lib. 2. cap. 6. & 7. de
adulterinis coniugiis. Nunc autem postquam Christus ait
adultera, Nec ego te condemnabo, vade deinceps noli peccare.
quis non intelligat debere ignorare maritum, quod videt igno-
uisse Dominum ambo, nec iam se debere adulteram dicere,
cuius poenitentia crimen diuina credit miseratione deletum. Sed
hoc videlicet infidelium sensus exhorret, ita ut nonnulli modi-
ca, vel potius inimici verae fidei, credo merentes peccandi im-
punitatem dari mulieribus suis, illud quod de adultera
indulgentia Dominus fecit, auferrent de codicibus suis: quasi
permissionem peccandi tribuerit qui dixit, deinceps noli
peccare: aut ideo non debuerit mulier a medico Deo illum pec-
cati remissione sanari, ne offenderetur infans.

Cum igitur vere poenitentem videret, ad constan-
tiam in bono opere hortatur, nec modo adulterium,
sed alia etiam peccata vitare iubet. Quod serio fa-
ctum esse, non possunt haeretici credere, qui se negant
praecepta Dei seruare posse.

§. 7. De Christi autem potestate in remittendis
peccatis dubitare nefas est; Ille enim sine Sacramen-
tis omnia remittere potuit, alia est sacerdotum condi-
tio, qui tantum norma praescripta viuunt. Est autem Christi
contritio, dolor & displicentia criminis, quam Do-
minus non excludit, cum verat amplius peccare. Quia peccata
Caluinus ut suos arguat, etiam praeteriti temporis me-
moriam hic esse mouet. [Postremo tametsi exhor-
tatio]

ratio hæc in posterum tempus respicit, simul tamen
peccatores superioris memorie humiliat.] Si vere humi-
liat, ergo hoc agit, vt cum detestatione, & dolore
vitæ recorderi pristinæ, sequæ eo modo ad diligen-
tius Deo seruandū excitent.

VERSUS 12.

Iterum ergo locutus est eis Iesus, di-
cens: Ego sum lux mundi, qui se-
quitur me, non ambulat in tene-
bris, sed habebit lumen vite.

QVÆSTIO I.

Quomodo Lux mundi?

§.1. **N**onnulli alio ista die dicta existimant. Al-

Quoniam cum precedente connectit h'oratio.
Christumque censet d' unitatem suam probare, ne mi-
rum videretur, quod peccata remitteret. Lucem se-
mundi vocat, eum qui sequitur proinde non ambula-
rum in tenebris, sed lumen vite habiturum; Syrus ad-
dit sibi. Lux in scripturis crebro Christo dicitur. Psal.
132. vers. 21. 3. Reg. 11. v. 36. 2. Paralyp. 21. v. 7. Isa. 49.
v. 6. Luc. 2. vers. 32. Quin etiam Messiam suum lu-
cem ludai appellabant. De messia enim interpe-
tabant illud Psal. 35. Et in lumine tuo videbimus lu-
men. Sic R. Iohan. 1. Factum est in quodam homine: ut
cum in nocte lucernam accenderet: extingueretur. Et cum i-
terum ut quateritum eam accendisset, dixit. Quoniam labora-
ti ambulans: Sustinebo donec sol oriatur. Sic Israel cum in
Aegypto servus facti fuissent: steterunt Moyses & Aaron: & re-
demti erant; Rursus in servitutem reducti sunt in diebus Si-
sara & eos redemit Barac & Debora. A Madianitis vero Ge-
deon. Et sic per manus Sanigar. Sic etiam per manus custodi-
bet Italicum a servitute redempti sunt. Iterum servus facti in
Babylonia, per manus Anania Missael & Azaria redempti
fuerunt. Et demum per Edom reducti sunt in servitutem. Di-
xerunt ergo Israel. Eccle lassus sum in subjugationibus, &
redemptionibus: modo subjugati, modo redempti. Iam non
queramus ulterius: illucescat nobis caro & sanguis. Sed Deus
sanctus & benedictus ipse in substantia. Sicut dictum est Psal-
mo. 117. Deus Dominus & illuxit, vel illucescit nobis.
Et iterum Esaias ait 45. cap. Israel salvatus erit in
Deo, vel per Deum (tetragrammaton) saluatione &

Eodem R. A. b. a. interpretatur significanter felucem
mundi non vnius hominis appellat, nec vnius gentis
Prophetam. Vt Ammonius, Leontius, Theodoretus,
Chrysostomus, & ex illis omnes, & Catholici, &
Heterodoxi notant, eoque refertur, quod est. Iſaia
cap. nono, vers. duodecimo, & quadragesimo nono,
vers. sexto.

Theophylactus præclare: ὅτι ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς καὶ
 οὐκ ἔστι φῶς πεποιημένον, μετέμεν δηλαδή καὶ με-
 τὰ τὴν λαμπρὴν ἐχόν, ἀλλὰ τὸ ἀκίνητον φῶς, εἰδὲ τα-
 λήσιον ἢ πελαγίνης ὅραις περιελαττωμένον, ἀλλὰ τὸ ἡμέτερον
 φῶς εἰμι, καὶ πάντων ἀνθρώπων θεωσάσης, καὶ αὐτὴ ἐμὴ ὁ
 πεποιητὴς ἦρκε, τὸ δὲ τετρακτὸς εἰς φῶς ἐδύναν.

Id est:

Quia ego sum lux, principalis illa lux, non Prophe-
ticum, non partiale & quod exiguum splendorem
habeat, sed vera lux, neque Galilææ, neque Palesti-
næ terminis finitum. Sed mundi lux sum, & omnium
hominum Dominus. Et de me Propheta dixit illud:
Ecce posuite in lucem gentium.

§. 2. Theophylactus contra Nestorium usurpat,

ostenditurque non esse duas in CHRISTO personas, *Christus*
non enim dicit, in eo esse lucem, sed ipsum esse lu- *lux vniuersa*
cem.

*Viēris & contra Nestorium praesenti dictō. Non enim qui
 apparebat homo, ipse erat Filius Dei, lux mundi. Non ut
 Nestorius delirabat, quod in puro homine, habitaret Filius
 Dei. Apagē. Vnus erat enim, ut dictum est, Maria & Dei
 Filius.*

Lux enim illa Deus est, qui non est εἰς τῶν θεοφθῶν,
ὡς ἡ θεοπότης ἔχουσιν, non unus Prophetarum, sed Dominus. Unus Dei
mundi, lux primogenia, φῶς ἡμετέριον, lux eiusdem cum
Patre substantia. & Maria
filius.

Eadem etiam opera Manichæorum infamia retunditur, qui Christum delirabant esse solem. Eo quod lux mundi diceretur.

§. 3. Ridiculum est quod Musculus Catholicos
insanè subsannat, quod luci lucem destinent, quod
meridiè candelas accendant, in luce cœci.

Respondeo claro sole diuino honori lumen ac-
cendi, vt lucem immensam *το φῶς αἰώνιον* super *Lucerna ad-*
coelestem, mortali luce, quâ possumus, signifie- *cendi so-*
mus. *lent.*

Nosque in luce ambulare, non ἐν σκότεινῃ, in errore,
 et Chrysothomus ait, aberrare. Nam & in veteri
 lege, lucernæ, & candelabrorum summa erat cu-
 ra; igne enim tanquam purissimo, supremo, po-
 tentissimo elemento diuina sanctitas, potestas ac
 maiestas significatur. Luminis in Ecclesia anti-
 quus usus fuit. Aurata candelabra & cereos ob-
 iicit Laurentio Martyri Tyrannus apud Pruden-
 tium.

Baptizatis lumen in manus dabatur. B. Honorius, in Gemma animæ, libro tertio. de Sabbatho Paschæ, mox de fonte Eleuatis lumen dare solent, quatenus splendidis operum Lampadibus sponso venienti occurrant.

Meminite etiam Lucernarum ardentium, quæ dabantur in manus iam Baptizatorum, Gregorius Turon. lib. 5. cap. 11. Nicephorus histor. lib. 3. cap. ultimo. Antiquissima illa fuit consuetudo: Gregorius Nazianzenus de Baptismo.

Brentius etiam fingit, maiores nostros animam æturi lumen accendere, vt eo modo dæmonem abstererent; alios tamen id fecisse facitur, vt morituros admonerent, ad Christum se reciperent, qui est lux mundi, veracillæ est ratio. Supersticio prior nusquam in Ecclesia fando audita est.

§. 4. Brentius etiam cum de sola fide interpreta-
tur verba Domini monentis, vt sese sequamur Scri-
pturas deprauat.

Fallit inops & mentis, & veri, Vbiq̃uatiariorum
Magister. Sequi Christum hoc loco est credere, est
diligere, bene operari. Qui enim non diligit fratrem
in tenebris manet, & qui malum facit, in luce non
versatur. Deus autem lux est, & tenebræ in eo non
sunt vllæ. Peccata autem tenebræ sunt, quæ in Deo
esse non possunt, nec in amicis Dei. Sequi Christum
est opera Christi facere.

Ita interpretatur Cyprianus, Ep. 63. *Nam si sacerdos dei & Christi sumus, non inuenio quem magis sequi quam Deum & Christum debeamus; quando ipse in Euangelio mandauit dicat: Ego sum lumen seculi. Qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi & præcepta eius observare debemus.*

Multis idem exponit Gregorius Nazianzenus de Baptismo, qui in principio Christum lumen esse demonstrat. Deum summum lumen, angelos secundum, tertium hominis rationem. Deinde luminis nos participes esse iubet.

Et Dionysius de diuinis nominibus cur D E V S

lux sit exponit, pag. 189. Lux colligit etiam conuertitque ad se omnia, quæ videntur, quæ mouentur, quæ illustrantur, quæ calefcunt, & vno nomine, ea quæ ab eius splendore continentur: Itaque quod id est, sol dicitur, quod omnia ad se trahit, id est, congregat, colligit quæ dispersa: eaque omnia elem exponit, nec quæ sensu percipiuntur, aut quod cernere cupiant, aut sentire illustrari, calefcere, omninoque contineri à lumine. Nec verò hoc dico antiquitatis fabulam sequutus, solem qui Deus sit, atque mundi huius effector, proprie mundum qui videtur, gubernare, sed inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspici, sempiternam quoque eius virtutem & diuinitatem.

Hæc ille qui nos omni modo illuminari, atque ita sequi Christum iubet. S. Augustinus longè abest à Brentiana temeritate, aliud ait Dominum promississe, aliud iussisse. Iussisse autem ut eum vita sequamur, nam toto pene tractat. 34. de illa morum sequela loquitur.

§. 5. Caluinus etiam certitudinem iustitiæ suæ ex ea luce petit.

Respondeo. Nulli dubium est, lucis illius sectatores ad vitam æternam sine errore pertinere. At non contingere ut aliqui oculos claudant, & recedant à luce, id vero experientia refutat. Nam in media via defecere, & relicta luce non in tenebras oculorum, sed morum incidere videmus. Quocirca omnes Scripturæ, omnes sancti admonent, ne à veritate excidamus, ne viam iustitiæ deseramus. Quin Christus ipse monet, ut in eius doctrina maneamus. Frustra omnino, si defecere non possumus.

Verum de his iam olim inter Caluini posteros est disputatum, & causam obtinuit Bertius lib. de apostasia sanctorum.

VERSVS 13.

Dixerunt ergo ei Pharisei. Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.

QVÆSTIO I.

Quomodo oppugnant Iudæi Christum?

§. 1. **T**V, inquit, de te ipse testificaris, tuum testimonium non est verum. Beza corrigat, & vertit. Tuum testimonium non est idoneum. At Græce est ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἐστὶν ἀληθής, non habet iustitiam. Sic etiam Syrus. Et alii vertunt. Nec Beza ratio cogit à veritate Scripturæ nos recedere. Nam quamvis proprium hominis de se testimonium non censeatur sufficiens, etsi aliquando verum esse possit, Iudæi tamen odio flagrant, & irritati plus asserunt, quam ratio dicat: Itaque perinde est ac si dicerent. In laudem tuam mentiris, laudet te os alienum. Tute miraris, grandia loqueris, μήτις μὲν εἶπες πάλιν τέλει σου λόγους. Ne magna loquaris donec finem consecutus fueris. Domesticum esse testem calumniabantur, Proverbio dicebatur apud Græcos οἷος γὰρ ὁ μαρτυρῶν. E domo testis. Si autem domesticus non audiebatur, multo minus de se ipso quisquam audiri debet. Iuxta consulti veteris est l. 2. pandect. tit. de testibus. Testes quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Et cod. l. 3. de testibus. Etiam iure civili domestici testimonii fides improbat. Fuisse autem Proverbi loco iactari solitum constat ex Ione Tragedia Luciani. ὁ γὰρ οἷος γὰρ ὁ μαρτυρῶν, φασί. Euge domesticus testis, inquit. Sic versusant, & Latini Ep. 2. ad Cælium. Hæc ergo illi: Verum olim Prophetæ, & Baptista & opera testaban-

tur, non tamen illi Dominus producit, sed Patris duntaxat testimonium.

§. 2. Faustulus Manichæus obiecit hunc locum Augustino lib. 6. cap. 13. pagina 132. quod Christus hic de Moysi testimonio disputationem non persequatur.

VERSVS 14.

Respondit Iesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quo vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado.

QVÆSTIO I.

Cur Christi testimonium de se ipso sit verum?

§. 1. **O**Mittit aliorum testimonia tantummodo urget proprii testimonium eloqui: quia sciat vnde veniat, & quo vadat. Quæ vero illa est argumentatio: Verum est testimonium meum quia scio vnde venio, & quo vadam? Deum se esse diserte in illo malivolorum conventu non dixit, ne continuo obstructis auribus furerent, sed de cælo venisse se pronunciat, ideo de se confidenter loqui & testari: & rectissima quidem conscientia, scientiaque qua falli sit impossibile, & hinc quidem diuinitas eius colligi poterat, solus enim Deus est ἀξίωμα, & omnis homo autem mendax. Chrysostomus diuinitatem hinc astrui docet.

Et Chrysostomus sequi solitus Theophylactus: Διόν τοιαῦτα τὰ θεῶν ἔχει, καὶ ἀνθρώπων οὐκ ἔχει, ἀλλὰ ἀνθρώπων ἔχει, καὶ θεῶν οὐκ ἔχει. Propterea scio, me filium esse Dei, non natiū hominem, sed de supernis venire, & Deum esse. Hinc ergo consequitur fidem & diuinum esse testimonium. Deus enim de se ipse testatur. Augustinus eo etiam modo interpretatur. Non enim alio testimonio uti Deus, quam proprio debet, quia omne testimonium ab ipso est. Omnes de plenitudine eius acciperunt. Ergo verum est, inquit tractat. 5. Testimonium luminis, siue se ostendat, siue alia: quia sine lumine non potest videre lumen, & sine lumine non potest videre quodlibet aliud, quod non est lumen. Si idoneum est lumen ad demonstranda ea quæ non sunt lumina, nunquid in se deficit? nunquid se non aperit, siue quo aliapate non possunt? Locutus est Prophetæ verum, sed vnde haberet, nisi de fonte veritatis hauriret? Locutus est Ioannes verum: sed vnde locutus est, ipsum interrogat: Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus. Ergo idoneus est Dominus Deus noster Iesus Christus qui sibi perhibeat testimonium.

Pergit deinde ostendere, quomodo testimonium Prophetarum contra gentes utendum sit.

Quod igitur cap. 5. v. 31. negavit testimonium sui de se esse idoneum, per mimelin, & concessionem fecit.

Nunc autem se mortalium numero eximit, nam indignum est, eum qui de cælo venit, legibus hominum subici, quibus in rem suam loquenti non creditur. Cum ille supra omnes sit, omnes in ordinem redigit. Christus est testis non modo omni exceptione sit maior, sed etiam in testimonio necessario verus. Iudæi etiam perfidiam & malitiam

obiecit, qui nesciant, vnde veniat, aut quo vadat, postquam toties Prophetæ, & nunc opera id testata sunt.

VER-

VERSVS 15.

*Vos secundum carnem iudicatis: ego
non iudico quenquam.*

QVÆSTIO I.

Quid secundum carnem iudicatis?

§.1. Iudicium eorum de sua vocatione, officioque
reficit. Iactantiam, & mendacium illi ex-
probrant, quod arrogans videtur, quod sibi dabat
testimonium; sed illa lux nullas mendacii tenebras
habet, loquebatur enim tanquam veritas. Illi tene-
bæ erant, ideo lucem non comprehenderunt. Clau-
sis oculis furentium sol abfens erat. Ideo secundum
carnem, hoc est, secundum tenebras iudicabant, ut
cæci de coloribus. Duplex haberi sensus ex his ver-
bis potest. Nam iudicare eos secundum carnem & in-
firmitatem Christi, & secundum suam carnalem sa-
pientiam aff. Et utque intelligere possumus. Vtraque
expolitio iungenda est, ex vna enim altera necessario
consequitur. Iudicabant de Domino animo alieno,
inimico, suspicioso, perturbationibus obnoxio, incre-
dulo, maligno, inuido. Atque hoc Syrus explicuit,
cum vertit *ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ σαρκὸς*, hoc est, carnaliter. Hoc
autem iudicium stultum est, & malum. Nam stultitia
de sapientia iudicare non debet. Ut autem vivere se-
cundum carnem, ita & iudicare secundum carnem, il-
laudabile est. Hoc ex iudicio etiam iudicabant se-
cundum carnem seu infirmitatem Christi, quamvis enim
admiranda opera, & quorum maiestate obstupescer-
ent, quotidie cernerent, cum tamen in eius persona,
vestitu, comitatu nihil eximium aut regium cerne-
rent, secundum id quod videbant, in illo iudicabant.
Nempe secundum externam speciem, secundum for-
mam serui.

QVÆSTIO II.

An Christus non iudicet quenquam?

§.1. Grauem continent illa verba reprehensio-
nem. Vos, inquit, me de cælo venien-
tem tumultuario, & stolido carnis iudicio damnatis,
vobis iudicandi potestatem in Deum iniquissima ty-
rannide usurpatis, cum tamen ego vester cognitor, iu-
dex, & Dominus, simpliciter doceam, non iudicem,
non damnum. Non ergo iudicet quemquam Domi-
nus Iesus Christus: quaerit Augustinus. Nonne est lu-
dex viuorum & mortuorum?

Respondet: *Questio*, tract. 36. Ista duobus modis solui
potest, ut aut hoc intelligamus, non iudico quenquam: id
est, modo, sicut dicit alio loco, Ego non veni ut iudicem
mundum, sed ut saluum faciam mandum: non iudi-
cium suum negando, sed differendo. Aut tertio quia dixerat,
vos secundum carnem iudicatis, ita subiunxit, Ego non
iudico quenquam: ut subaudias secundum carnem. Pri-
ma ergo dispensatio Domini nostri Iesu Christi medicinalis est,
non iudicialis. Nam si primo venisset iudicaturus, neminem in-
uenisset cui premia iustitiae redderet. Quia ergo vidit omnes
peccatores, & omnino neminem esse immunem à morte peccati:
prius erat eius misericordia preroganda, & post exerendum iu-
dicium, quia de illo cantauerat Psalmus, Misericordiam &
iudicium cantabo tibi Domine. Non enim iudicium ait,
& misericordiam.

Non iudicare secundum carnem docet etiam Ru-
perus, Chrysostomus ad temporis circumstantiam
restringit, atque ea in sententia conuenit cum Augu-
stino, indignum autem erat, cum ipse Iudex omnium

non iudicaret, ipsos Iudæos, qui serui erant ad suum
tribunal Dominum omnium citare, & de illo pro-
nunciare.

Et Theophylactus breuissimè *ἐν τῇ αὐτῇ λέξει* ἡ-
γῶν, ἵνα κερῶν, ἐπὶ τῷ δὲ δὲ τῷ κερῶν. Non ad hoc veni, ut
iudicem, nunc enim neminem iudico. Ex quo consequitur
mirari non debere eos, si tam contumaciter rebel-
lantes, & proteruentes non arguat, non puniat, erit
seueritatis olim tempus, cum tarditatem supplicio-
rum gravitate compensabit.

VERSVS 16.

*Et si iudico ego, iudicium meum ve-
rum est: quia solus non sum, sed e-
go & qui misit me, Pater:*

QVÆSTIO I.

*Quomodo iudicium suum verum esse
probat?*

§.1. Non abrogat sibi iudicandi potestatem, sed
probat, & testimonium, & omne suum iudi-
cium esse verum, nec posse ab illo iudice repudiari. *Christi iu-
dicium est, iudicium
Patri.*
Ratio est, quia solus non sum, sententia mea vel de
meipso, vel de aliis, non est mea solius, sed eius qui mi-
sit me Patris: si mihi tanquam Dei legato fidem non
habetis, Deo Patri ipsi credite, qui mecum est, qui fal-
lere non potest; quicquid autem ego loquor, ille et-
iam & loquitur, & testatur.

Solus non est, sed an solius testimonium ratum nō
esset? si Pater misit, quomodo cum eo est. Non enim
cum legato rex esse solet, qui misit. Sed missio est in-
carnatio, Pater cum filio est, quia vna eademque vtrius-
que substantia. Augustinus hoc ostendit contra Sa-
bellium, & Patripassianos. Tanquam diceret, tract. 36. *Sabellius
resutat.*
Verum est iudicium meum, quia filius Dei sum. Vnde probas
quia filius Dei es? quia solus non sum, sed ego, & qui misit me
Pater. Erubescite Sabelliane, audite filium, audite Patrem. Pater,
Pater est: Filius, Filius est: Non dixit ego sum Pater, & ego i-
pse sum filius: sed solus non sum, inquit. Quare solus non es?
quia mecum est Pater. Ego sum, & qui misit me Pater. Audi e-
go sum, & qui me misit. Ne perdas personam, distingue personas,
distingue intelligentiam noli sperare perfidia, ne iterum quasi
fugiens Charybdis, in Scyllam incurras. Vorabat enim te gurgis
impietatis Sabellianorum, ut diceret ipsum esse Patrem qui est fi-
lius, modo didicisti, solus non sum sed ego & qui misit me Pater.
Agnosce quia Pater, Pater est: & Filius, Filius est. Bene agno-
scis: sed noli dicere: Pater maior est, Filius minor est: Noli di-
cere Pater aurum est, Filius argentum est. Vna substantia est,
vna diuinitas, vna coeternitas, perfecta equalitas, dissimilitudo
nulla. Nam si tantummodo alterum credideris esse Christum,
non eum qui Pater est, & in aliquo tamen distans secundum
naturam esse putaueris, à Charybdi quidem euasisti, sed in
scyllæ scopulis naufragasti. In medio nauiga, vtrumque pericu-
losum latus euita, Pater, Pater est, Filius, Filius est: Bene peri-
culum abhorrentis gurgitis euasisti, quid vix ire in alteram pa-
rem ut dicas, Aliud est Pater, Filius aliud? Alius est recte dictus,
aliud non recte. Alius enim est filius, quia non est ipse qui Pa-
ter, & alius Pater, quia non est ipse qui filius: non tamen aliud,
sed hoc ipsum est & Pater & Filius. Quid est, hoc ipsum est: V-
nus Deus est. Audisti quia non sum solus, sed ego, & qui misit me
Pater. Audi quomodo credas Patrem & filium, audi ipsum fi-
lium, Ego & Pater vnum sumus, non dixit, Pater ego sum, aut
ego & Pater vnum est: sed cum dicit, Ego & Pater vnum su-
mus, & à Charybdi & à Scylla liberaberis. In duobus istis ver-
bis quod dixit vnum, liberat te ab Ario: quod dixit sumus, libe-
rat te à Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum. Si sumus, ergo &
Pater & Filius. Sumus enim non diceret de vno, sed & vnum
non diceret de diuersis.

Eodem

Eodem etiam argumento Fulgentius libr. 3. c. 3. ad Donatum utitur. Tres itaque personas esse, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ostendunt ipsius eloquia veritatis. unde Saluator ait, Non sum solus, sed ego & qui misit me Pater, &c. Unde Trinitas illa sancta digne creditur in personis: Tres autem Deos dici Patrem & Filium & Spiritum sanctum non permittit unitas naturalis. Et quia in una natura Trinitatis nulla potest esse diuersitas, ideo in tribus personis manet inconfusa proprietates, & in unitate natura regnat incommutabiliter substantialis aequalitas.

Neque quæri potest; an non sufficiat eius testimonium etiam si sit solus? Non enim potest esse solus, etsi solus esset, Deus non esset, non Dei filius. Quare & hinc Ariani noui conuincuntur. Hæc Christus Iudeis non credentibus frustra concionatus videri posset, sed propter multos credentes, non frustra, propter Ecclesiam autem vtilissimè. Quamuis & Iudeorum doctiores aliquam plurium personarum cogitationem habuerunt. R. Ionathan Chaldaus interpres in illud Zachariæ. *Canta & latare*, sic interpretatur ut clare plures personas insinuet. *Gaude & latare Ecclesia Sion. Quia ego reuelabor: & ponam diuinitatem meam in medio tui.* ait Deus (tetragrammaton.) Et applicabunt se populi multi ad populum Dei (tetragrammaton) in tempore illo. Et erunt coram me in populum. Et ponam diuinitatem meam in medio tui. Et scies quia Deus (tetragrammaton) exercituum misit me ad prophetandum tibi.

In מִדְּבָרִים middorh, duas personas, in חַיִּים Haviach, vnam essentiam declarat. Et R. Simeon in חַיִּים Thagbanith. Migravit Israel Babyloniam: & migravit Iechina, i. e. Dei presentia cum eo. Unde probatio? Ex eo quod Esaias dicit, 43. c. Propter vos missus sum in Babyloniam.

Necaliter R. Samuel Leuita super 47. Geneleos. & R. Ionathan Vziel in Psal. Vide etiam Damascenorum de diuina traditione.

In diuinitate vnam confitemur naturam: tres autem hypostases secundum veritatem esse dicimus. Et omnia quidem naturalia atque essentialia: simplicia dicimus. Hypostasum verò differentiam in tribus solis proprietatibus: in improducta, scilicet ac paterna, & producta ac filiali, & producta atque procedente, nouimus. Inseparabiles autem ipsas, indistinctasque ab invicem, & inuitas, atque inuicem inconfuse circumincidentes: scimus. Et unitas quidem inconfuse: tres enim sunt, etsi vniuntur. Distinctas autem indistincte. Licet enim vnaquæque per seipsam subsistat: hoc est, perfecta sit hypostasis: suamque proprietatem, id est, differentem substantie modum possideat. At tamen vniuntur essentia, naturalibusque proprietatibus, & eo quod est minime distare à Patre hypostasi. Ac vnus Deus & sunt & dicuntur.

Gregorius etiam Nazianzenus τὴν ἀσύνθετον φύσιν inconfusam naturam satis explicat, idque etiam indicatum in veteri testamento fatentur, licet minus dilucide.

VERSUS 17. & 18.

Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.

QUESTIO I.

Quomodo duorum hominum testimonium est verum?

S. 1. Deuter. 17. 6. & 19. 15. In iudicio valere duorum testimonium iubet, non quod non cor-

rupta, & empta soleant sæpe esse testimonia, sed quod circumstantiis adhibitis duorum idonea censcantur, cum omnia scilicet legitime examinantur. Si igitur in iudicio humano hominum testimonia sunt idonea, multo magis testimonium Dei, seu personarum duorum diuinarum. Chrysostomus sane etiam hinc vnam diuersarum personarum substantiam asserit.

Quid hoc in loco heretici dicerent? Quid Christum hominibus præstaret, si hoc simpliciter acciperemus? In hominibus enim ita institutum est, quoniam nemo per se fide dignus est: in Deo autem quomodo hoc esset consensaneum? Quomodo ergo hæc particula intelligenda est? Nuncquid quoniam duo, an quoniam, homines propterea duo? Nam si quoniam duo sunt, quæ gratia non confugit ad Ioannem? non enim dixit, testimonium perhibeo ego de meipso, & de me Ioannes: cur non ad Angelum, cur non ad prophetas? Inuenisset enim & alia innumera testimonia, sed voluit hoc tantum significare, non quod duo, sed quod eiusdem substantie.

Consule etiam Cyrillum hoc loco. Ambrosij, de fide. Fulgentium l. 3. ad Thrasimundum.

S. 2. Quomodo verum accipiendum sit, quod Scriptura dicit. In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Suo loco exposui. Augustinus hoc loco ad Trinitatem refert.

VERSUS 19.

Dicebant ergo ei, ubi est Pater tuus? Respondit Iesus, neque me scitis, neque Patrem meum: sime sciretis: forsitan & Patrem meum sciretis.

QUESTIO I.

Quomodo neque Christum neque Patrem eius scierint?

S. 1. **P**robris causa Patrem obiciunt, quasi non sit alius, quam Ioseph, quem contemptus causa, fabrum appellare solebant. Hoc Cyrillus, Ammonius, Leoncius. Quamuis autem non ignorabant Deum Patrem dici quocumque tandem id modo diceret; non enim certo adhuc audierant cum dicentem se Deum esse. Expresse autem discrete dici cupiebant, de Patre Deo, vt accusandi occasionem habere possent. Eo enim omnia colloquia dirigebant, vt quem interimere decreuerant, non sine causa interficere viderentur. Theophylactus non nouisse Patrem ait, quod eum minime honorarent.

Quod in Latino additur Forsitan; in Græco & Syro non est, satis tamen, continetur discrete in particula *ἀν. εἰδότες αὐ;* est enim modus potentialis, quo Dominus non indicat dubitare se de euentu, sed quid fieri possit. De quo loco pulchra est S. Ambrosij disputatio de penitent. cap. quinto. Siquidem inquit, & ad Ezechiel dicit Dominus: Filio hominis mitam ego te ad domum Israel, eos qui me exacerbauerunt, ipsi & Patres eorum vsque in hodiernum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus, si forte ad diem & terrebuntur. Describat ergo eos posse aut non posse conuerti? Non ergo semper dubitantes ista est elocutio. Denique ipsi sapientes sæculi, qui gloriam suam omnem statuunt in expressione verborum, quod Latine forte dicimus Græce τὸ πρῶτον non vbi que pro dubitatione posuerunt. Aduertunt itaque, dixisse primum suorum Poetarum ἡ τὴν ἀρχὴν ἐμπεπαισμένον quod est cito vidua ero. Et alibi τὸ πρῶτον ὅτι καὶ ἀρχὴν ἐμπεπαισμένον Non enim dubitaret omnibus si-

Iudea cognitio Trinitatis aliqua.

est, si me sciretis, & patrem meum sciretis: nisi, Ego & Pater v-
num sumus?

Hæc locutus est Iesus in Gazophylacio, vel vt Syrus habet בֵּית גַּזָּא *Beth gazza*. Nemp loco celeberrimo sine timore, necdum enim mortis hora venerit. Imo v. 21. Exertè minatur, abire se, & ipsos in peccato suo mortuiros; se beatum fore, vt in omnibus libere se passionem subiturum.

Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius &c.

*Cur Iudæi suspicati sunt Christum velle
se interficere, & quid re-
spondet?*

§. 1. **M**irantur se Christum præferre scribis & Phariſæis, cum diceret, ſe eo abiturum quo ipſis adiutus non eſſet patefaciendus. Eſt enim illa ratio dignitatis, cum dicunt, ad eum locum aliquos euehendos, quo alia aſpirare non liceat. Hoc iracunde excipiunt, miranturque hominem pauperem iactare eo ſe peruenturum, quo magnates ne queant. Nec animo comprehendere poſſunt, quis locus ille futurus ſit: Cumque varia volutant tandem concludunt, aliud non eſſe, quo ſe minetur iturum, niſi forte ad coruſ, aut præcipitium ite decreuerit; illo enim ſe non poſſe ſequi, quod integrum non ſit, eas tenere vias. Alloqui cum omnia verba ſobria & initiâ, actioneſque viderent, non erat vlla cauſa, cur tam atrocia ſuſpicarentur. Nam ſeipſum interficere *μωρῶδες, ἀμωρῶδες*, non *ῥεῖον* eſt, *furioſio demoniacum* eſt. Ex triuſio itaque conuiſium eſt ſumptum, quo omniantur illi tanquam rabioſo & demoniaco necem ſui ipſius. Subſannant autem innocentem, & facellere procul inbent, aut ſane tam impium cenſent, vt ſeipſe occiſus videatur. Quo etiam pertinet, quod Samaritanum, & demoniacum poſtea appellabant.

§. 2. Respondet Dominus : Vos de caelo sum-
istis, Ego de supernis. *ἐκ τῶν οὐρανῶν, & ἐκ τῶν ὑψώ.* Ego de caelo
veni, ad caelum vado, de illo discēssit & glorioso
ascensu liquor; vos de terra estis, terrena sapitis, nihil
nisi scelera cogitatis. Ita Augustinus, Chrysostomus,
Theophylactus, Leontius, Guido Fabricius Syra
vertit, *ex inferis, alij, ex infernis*, quod ab ancipitem senten-
tiam probare nolle. Non enim inferorum est hic
mentio, sed quid sit esse *ἐκ τῶν οὐρανῶν* mox exponit,
cum ait ; *vos de hoc mundo estis ego non sum de hoc mundo.*
Causam reddit, quod doctrinæ suæ non assentiantur
quod Dei spiritu formari non sint, cur venire nō pos-
sint, quo ipse iturus est. Non sunt ex eo hominum
genere, qui de caelo, seu ex Deo nati sunt. Sed de car-
nibus, vni enim pisces, & animantes qui humi gradi-
untur, non possunt in altum more volactum eniti,
nec peruenire quo alites suggeruntur, ita nec hi nisi
gratiæ diuinæ pennis subleuentur, non possunt per-
uenire quo Christus, atque eius electi. Ideo futurum
esse denunciat, vt in peccatis suis moriantur. Nihil e-
nim iterum spirituum illum intelligere possunt, vt docet
Cyprianus l. i. contra Iudæos.

§. 3. Apollinarius hinc occasionem arripuit, ut
I i Christi

§. 2. Theodoretus, alijque ex eo contra Arium
concludunt, non esse Christum creaturam. Non enim
ex creaturam cognitione cognoscitur Deus
pater, nemo ex rerum condita personarum intelli-
git diuersitatem, non enim sunt ab vno. At Christo
cognito, pater etiam cognosci debet. Ea causa a-
pud Iudeos filius seu Messias vocatur פנים פנים דֵּי
אלהים פני אלהים. Sic interpretantur illud Malachiae 3.
Ante faciem meam. Ita R. Moses filius Maimonis:
qui nomine faciei Messiam intelligit. Et R. Moses
Hadarfan Genes. 22. & Osee cap. 6. *Viuificabit nos
post duos dies, & in die tertio suscitabit nos, & viuemus ante
faciem eius.* Quod ille interpretatur. Ante fa-
ciem eius, quæ est Rex Messias. Et Genes. 3. *Et emi-
sit eum Dominus de paradiso voluptatis;* sic ait R. Nahmy-
ia. *Emissus fuit Adam de seculo isto, sed in futuro seculo non
emittetur.* Hoc dictum autem inuatur, per id quod
scriptum est in Psalm. 16. *Ego in iustitia, vel per iustitiam
contemplabor faciem tuam.* Id est, Messiam tuum, facior
cum surrexerit תמנא תבחה Themunathecha, forma, vel si-
milud tua. Imo de diuinitate sunt interpretati R.
Salomon.

Hinc Apostolus filium vocat figuram substantiæ eius. Filij igitur cognitionem comitatur cognitio patris. Hæc ex Iudæorum commentarijs quodammodo etiam Pythagoras & Philosophi tradiderunt.

§. 3. Sabelliani ex cognitione hac perperam ad
essentiam processerunt. Et vnam personam patris &
filij dixerunt. Cum no: maiora veritatis non sit, vt quę
cognitione diuidi non possunt, etiam personarum
eadem sint. Eos Augustinus tract. 37. confutat. Bre-
uiter ergo hefterno de insinuationibus charitatis vestra esse ha-
reticos qui vocantur patripasciani, vel à suo auctore Sabella-
nisi. Hi dicunt ipsum esse patrem qui filius, nomina diuer-
sa, vnam vero esse personam. Cum vult pater est, inquit,
cum vult filius, iamem vnus est. Iterum vnus alij heretici,
qui vocantur Ariani. Consequitur quidem vnicum patris fi-
lium Dominum nostrum Iesum Christum, illum patrem fi-
lij, filium filij patris: eum qui pater est, non esse filium: eum
qui filius est, non esse patrem: consequitur generationem, sed
negat aequalitatem. Nos, id est catholica fides, veniens de
doctrina Apostolorum, plantata in nobis, per seriem succeßio-
nis accepta, sancta ad posterum transmittenda, inter virosque,
id est, inter virumque errorem tenuit veritatem. In errore
Sabellianorum vnus est solus, ipse pater, qui filius: in errore
Arianorum, alius est quidam Pater, alius filius, sed ipse fi-
lius non solum alius, sed etiam aliud. Tu in medio quid: Ex-
clusisti Sabellianum, excludis & Arianum. Pater, Pater est:
Filius, Filius est: alius, non aliud: Quia ego & Pater, inquit,
vnum sumus, sicut etiam hesterio de quantum potui com-
mendandi. Cum audis, sumus, abscedat confusus Sabellianus.
Cum audis, vnum, abscedat confusus Arianus. Gubernet Ca-
tholicus: inter virumque fidei sua naufragium, quoniam iam ca-
uendum est in vitroque naufragium. De ergo tu quod dicis Eu-
angelium: Ego & Pater vnus sumus. Non ergo diuersam
qui vnum: non vnus, quia sumus. Paulò ante dixit,
Iudicium meum verum est, quia solus non sum; sed ego, &
qui misit me Pater: tanquam diceret, Ideo iudicium meum
est verum, quia filius Dei sum, quia verum loquor, quia ipse
veritas ego sum. Isti carnaliter intelligentes dixerunt: Vbi est
pater tuus? Modo audit Ariane, Neque me scitis: neque pa-
ter meus: quia si me sciretis, & patrem meum sciretis: Quid

arocia fulpiciarentur. Nam seipsum interficere *peccator* videtur, *peccator* videtur, non *peccator* est. *furiosum demoniacum* est. Ex triui itaque conuiuium est sumptum, quo o-
minantur illi tanquam rabioso & demoniaco ne-
cessum sui ipsius. Subannant autem innocentem, &
eum in periculum adducunt. *Demoniacum sui ipsius interfectore putant.*

§. 2. Respondet Dominus : Vos de cœlo sum-
istis, Ego de supernis. *ἐκ τῶν καὶ ὀψίων, & ἐκ τῶν ὀψίων.* Ego de cœlo
veni, ad cœlum vado, de illo discēssit & glorioso
ascensu liquor; vos de terra estis, terrena sapitis, nihil
nisi scelera cogitatis. Ita Augustinus, Chrysostomus,
Theophylactus, Leontius, Guido Fabricius Syra
vertit, *ex inferis, alij, ex infernis*, quod ab ancipitem senten-
tiam probare nolle. Non enim inferorum est hic
mentio, sed quid sit esse *ἐκ τῶν καὶ ὀψίων* mox exponit,
cum ait ; *vos de hoc mundo estis ego non sum de hoc mundo.*
Causam reddit, quod deitæ suæ non assentiantur
quod Dei spiritu formati non sint, cur venire nō pos-
sint, quia ipse iturus est. Non sunt ex eo hominum
genere, qui de cœlo, seu ex Deo nati sunt. Sed de car-
nibus, vni enim pisces, & animæ qui humi gradi-
untur, non possunt in altum more volactum eniti,
nec peruenire quo alites suggeruntur, ita nec hi nisi
gratiæ diuinæ pennis subleuentur, non possunt per-
uenire quo Christus, atque eius electi. Ideo futurum
esse denunciat, vt in peccatis suis moriantur. Nihil e-
nim iterum spirituum intelligere possunt, vt docet
Cyprianus l. i. contra Iudæos.

§. 3. Apollinarius hinc occasionem arripuit, ut
I i Christi

Christi corpus è cælo esse, non ex B. Virgine fingeret. Sed non negat Christus humanæ natiuitatis ex Abrahamo, & Davide veritatem, sed peccatorum, & malarum cupiditatum cum Iudæis societatem. Sic enim Apostolos negat esse de mundo cap. 15. 19. & 17. 16. Non quod non illi veri homines, & stirps hominum: sed quod regniti cælo, & in societatem filiorum Dei, supernamque ciuitatem adoptati, & adscripti, terrenæ ciuitatis incolæ esse desierint, non locorum mutatione, sed morum emendatione. Obseruat hoc ipsum Theophylactus. ἀλλ' ἐν ταύτῃ, inquit, ὁποῦν ἀδελφὲς, δεξιὰ μὲν τῶν ἰουδαίων, καὶ τῶν μαθητῶν πάντως ἐπὶ τοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς κόσμου πούτῃ τοῦ σώματος τῆς κυρίας, ἀλλ' ἀνωθεν ἐξ οὐρανόθεν, ὡς καὶ Παῦλος λέγει, ὅτι ὁ δὲν περὶ ἀνθρώπων ὁ κύριος ἐξ ἑρξεν. τί περὶ τοῦ ἐστὶν ἐπὶ τῶν πάντων ἐρωτησίων αὐτὸν, πῶς νοεῖ τὸ πρὸς τῆς δεξιᾶς πατρὸς τῆς κυρίας λεγόμενον, ὅτι ὑμεῖς ἐκ τῆς ἐκ τῆς κόσμου, ἀλλ' ἐκ τῆς ταύτης τῆς κτίσεως, ἢ ὡς μὴ τὰ τῆς κοίτης φρονούντων, εἴπερ τὸ οὐκ ἐστὶν, περὶ δὲ λον πάντως, ὅτι ἐπεὶ, μὴ τὰ τῆς κοίτης ἐφρόνουν, τέτταρτος ἐνεκον τὸ πρὸς αὐτὸς εἶπεν. πῶς ἂν νοητέον καὶ τὸ ἐγὼ ἐκ ἐμὶ ἐκ τῆς κοίτης, τέτταρτος, οὐκ ἐμὶ ὡς εἰς ὑμῶν τῶν πατέρων κοίτης φρονούντων. ὡς καὶ ὁ Παῦλος πρὸς πικας λέγει, οὐκ ἐστὶν ἐν σαρκί, οὐκ ἀσώματος αὐτὸς εἶνα λέγει, ἀλλὰ φιλοσοφῶν αὐτοῖς καὶ σαρκινῶν παθῶν ἀπαλλαγὴν πεισμομαρτυρεῖ. Id est. Sed hic Apollinarius verbo illo abusus, Manichæos secutus, dicit: Vides non esse ex mundo corpus Domini. sed de sursum ex cælo. Vt & Paulus dicit: quod secundus homo, Dominus nimirum ex cælo. Quid igitur dicendum. An omnino rogandus ipse, quomodo nouit ab Apostolo de Domino dictum. Quod vos non estis de mundo: An igitur quod illi corpora è cælo haberent? & non ex hac creatura. Aut quod non sapere nt, quæ mundi sunt, dixit Dominus. Clarum est omnino, ipsum dixisse, quod non sapere nt, quæ sunt mundi. Ea causa, hoc ad illos dixit sic igitur sentiendum de eo. Ego non sum in mundo. Hoc est, non sum, vt vnus ex vobis qui secundum mundum sapitis. Vt & Paulus dicit ad aliquos. Non estis in carne. Non dicit illos esse incorporeos, sed Philosophiam eos colere à passionibus carnalibus alienos esse testatur.

Augustinus eodem modo: Ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis. Quid est terram manducatis: terrenis pascimini: terrenis delectamini, terrenis inhabitatis, sursum cor non habetis. De supernis ille interpretatur de patre. Nam ideo quia de patre, omnia humana excessit.

Augustinus tractatu 28. etiam Pelagianos confutat, dum gratiam ostendit necessariam; omnes enim in peccatis esse, sed credendo in Christum consequi, ne in peccatis moriantur.

§. 3. Credendum vero, quod ipse sit. Quia ego sum, inquit, Quod facis indicari diuinitatem idem cenfer Augustinus. tractatu 38. Quid est, si non credideritis quia ego sum? Ego sum, quid? Nihil addidit, & quia nihil addidit, multum est quod commendauit. Expectabatur enim vt diceret quid esset, nec tamen dixit. Quid expectabatur vt diceret: Forte, Nisi credideritis, quia ego sum Christus, nisi credideritis, quia ego sum Dei filius, nisi credideritis, quia ego sum verbum Patris, nisi credideritis quia ego sum conditor mundi, nisi credideritis, quia ego sum hominis formator, & reformator, creator & recreator, factor & refector, nisi hoc credideritis quia ego sum, moriemini in peccatu vestro. Multum est, quod ait ipse, Ego sum: quia sic dixerat Dominus Moysi. Ego sum qui sum. Quis digne eloquatur, quid sit, Sum: Mittebat Deus per Angelum suum, seruum suum Moysen ad liberandum ex Aegypto, eruum populum suum. Legistis quod audistis & nostis, commemorato tamen, mittebat tremementem, excu-

santem, sed obedientem. Cum ergo excusaret, ait Deus, quem ego qui in Angelo intelligebat: si dixerit tibi populus, & quæ est Deus, qui misit te: quid dicis ei? Et Dominus ait ei, Ego sum qui sum. & repetiuit: Dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos. Non ait ibi: Ego sum Deus aut ego sum mundi fabricator: aut ego sum rerum omnium creator: aut ego sum ipsius populi liberandi propagator: Sed hoc tantum, ego sum qui sum: & dices filiis Israel, qui est: non addidit, qui est Deus vester, qui est Deus patrum vestrorum: sed tantum hoc dixit, qui est, misit me ad vos. Forte multum erat, & ad ipsum Moysen, sicut multum est & ad nos, & magis ad nos, intelligere quid dicit sit, Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos. Etsi forte caperet Moyses, illi ad quos mittebatur quando caperent.

Frustra autem omnia fieri nisi Christo credatur, monuit olim Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromatum.

Hi igitur morientur in peccatis, quia non credunt non capiunt doctrinam, quod à regno cælorum penitus abhorreant. Confule & Augustinum lib. 1. cap. 1. contra Pelagianos.

VERSUS 25.

Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principium quies loquor vobis.

QUESTIO I.

Quis sensus horum verborum: Principium, qui & loquor vobis?

§. 1. Locus obscurus admodum visus est omnibus Interpretibus; vnde nata non modo varietas sunt expositiones, verum etiam lectiones. Mira tamen quorundam lectionum procacitas, qui ne vllum scripturæ locum difficilem intellectu concedere cogantur, hunc etiam clarum cum animo credere non possint, lingua tamen assueverant. Bellarminus lib. 3. cap. 1. de scriptura, hunc locum inter difficiles recenset.

Respondet Wittackerus. [Est quidem hoc ambiguum, ac falsum, & plane ridiculum, sed tantum in latina illa vulgata versione: Debet enim verbi. Quod loquor: non, Qui loquor. In Græco contextu omnia facilia sunt. verba enim sunt: τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς λαλῶ ὑμῖν. Id est, κατὰ τὴν ἀρχὴν. Quorum verborum hic quidem sensus est satis expeditus: non alius sum, quam quem me dixi esse ab initio. Ita ille expedite, & facile corrigit, & interpretatur.]

Respondet noster Iacobus Gretserus. Non est questio, quomodo Wittackerus hunc locum explicet, sed num obscurus sit. Obscurum esse testantur infinita propemodum expositiones, quibus vt in hunc locum scribit Beza, expositiones sunt: Ex Maldonato, & Græcorum varietate, & Erasmo difficultatem probat. Nam & varie legunt, & interpretantur, etiam Græci. Et verissime dicit. Itaque quicquid molitur, nunquam efficiet, vt modum hic loquendi non sit obscurus, maxime secundum Græcæ verba. Quid enim obscurius, quam interroganti, tu quis es? Respondere: τὴν ἀρχὴν ὅτις vel ὅτι λαλῶ ὑμῖν. Hoc est, id sum, quod ab initio loquor vobis, vt interpretatur Beza. Licet enim hac tria latina verba sint expedita, Græcæ tamen expeditissima sunt, in quibus τὴν ἀρχὴν accipitur ab ipso pro τῇ ἀρχῇ, & coniungitur cum verbo λαλῶ. Et dicitur κατὰ τὴν ἀρχὴν.

§. 2. Con-

§. 2. Constat itaq; locum difficilem esse, quod probare Greflerus satis habuit. Nunc videndū quomodo exponi possit, qua in re varias sententias & Maldenarius noster, & Tolerus adferunt. Lectio Latina: *Principium, qui & loquor vobis.* Græca: *τὸν ἀρχὴν δὲ, π. καὶ λαλῶ ὑμῖν*, vt π. sint duæ dictiones, & δ pronomen; Deinde vt π. sit loco aduerbij Principium, quia & loquor vobis. Syra lectio: *אֲנִי רִשְׁוֹת דְּאִמְבִּרְלָא* Aphien descharith demall ghumachun; Iun. & Trem. Etiam quem incepi vt loquerer vobis. Et interpretatur: Etiamnum cum me esse dico, quem ab initio apud vos me esse professus sum. Marginalis nota in regis biblis interpretatur *הַתְּחִלָּה* hachechil. Ad verbum. Etiam qui capi loqui vobiscum. Sensus aliquis verbis illis attribui potest, at sane, cum sint breuia, obscura, non facile talis, cui animus acquiescat.

Nam vt Græca verba consideremus *τὸν ἀρχὴν*, π. καὶ λαλῶ ὑμῖν, non facile verba connectuntur, vt sensum efficiant clarum. Omnes enim aliquid addunt, vt perficiatur; & ex varia additione varius sensus oritur. Brentius, *τὸν ἀρχὴν* interpretatur. *Quamprimum*. vt sensus sit. Esi dixi, quamprimum dicam clarum, propter quod, ob hanc causam loquor. Audio verba interpretantis, sed accomodari velim verbis Christi. *τὸν ἀρχὴν*, principium, initium, ab initio, principium significat, quamprimum non significat. Nec est similis locutio illi, quas Brentius producit, *τὸν ἀρχὴν* enim dici arbitrat, vt *τὴν ταχὺσιν*, *τὴν συντομίαν*, breuissimè, compendiosissime. Verum illa sunt adiectiua, & subaudiuntur ὁδόν, viam. Integra enim sententia est; *κατὰ τὴν ταχὺσιν ὁδόν*, secundum viam breuissimam. At hic *τὸν ἀρχὴν*, substantium, & significat à principio, vel secundum principium, quod non est *quamprimum*. Nam quamprimum etiam illa fieri dicuntur, quæ longe absunt à principio. Deinde Quis sensus & verborum expositio? *τὸν ἀρχὴν*, id est, quamprimum dicam, seu à principio dicam, π. propter quod, aut διότι, ob hanc causam loquar. Vbi & hoc addit, & particulam καὶ omittit. Hic ergo verba noua adduntur, alia omittuntur, aliorum significatio mutatur, & noua fingitur: Nec per omnia tamen sensus tenetur, quomodo sensus ille clarus est, & sine interprete obuius? Certe qui hunc sensum elicit, non potest putare esse hunc scripturæ sensum, sed suam delirationem.

§. 3. Multo expeditior S. Thomæ & Bedæ expositio. *τὸν ἀρχὴν*, π. π. vt. Principium credite, agnosce me esse. Propter quod & loquor vobiscum, qui rerum & salutis sum principium. Non assero hanc esse veram interpretationem, sed commodiorem alia illa; posse autem illud etiam subaudiri, quod illi auctores affi. manēt, Principium autem rerum omnium Deus.

Eodem sensu loquuntur, qui latine principium aiunt esse nominatiui casus, & subaudiunt, sum: Cum interrogant, *quis es tu?* Respondet, sum principium, qui & loquor vobis. Nam Christus Apocal. 3. 14. vocatur principium creaturæ Dei. & cap. 1. 7. primus & nouissimus. & 2. 8. & col. 1. 12. Nolite igitur interpres legi *τὸν ἀρχὴν*. Principium in nominatiuo, & pro ὁ π. ὁδός, qui. Atque ita legunt Latini patres. Ambros. lib. 3. de fide cap. 4. & lib. 5. cap. 5. & lib. 1. Hexameron. cap. 2. & 4. & Augustinus lib. 5. de Trin. c. 13. & lib. 11. confess. cap. 8. Fulgentius lib. 2. ad Thrasimundum, Prosper. in Psal. 109. Rupertus. Hieronymus lectionem non mutauit. Syrus etiam aliter legit, quam nunc Græca habent. *qui, vel quem incepi*. Hinc non immerito colligat, quicquid olim fuisse. *τὸν ἀρχὴν*, ὅστις καὶ λαλῶ ὑμῖν. Sum, principium, seu

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

ad interrogationem, *Tu quis es?* Respondet: *τὸν ἀρχὴν*, qui & loquor vobis.

§. 4. Hinc duntaxat obstat, quod coherere non videantur ista. *Ego sum principium, quod & loquor vobis.* Quid enim ad eorum colloquium, principium pertinet. Deinde cur non expresse responderet se esse Deū, seu Christum, redemptorem? Augustinus tract. 38. *Augustin.* utrumque complexus est. Et ille, principium. Ecce quod *Christum* est esse principium: mutari non potest: principium in se manet, ais esse & innouat omnia: principium est, cui dictum est, *Tu autem* *ais esse* idem ipse es, & anni tui non deficient. Principium ait, *Qui* & loquor vobis. Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Tanquam enim in eo quod dixerunt, *tu quis es?* Nihil aliud dixerint, quam quid te esse credimus, respondit, principium, id est principium me credite. In Græco namque e loquio discernitur, quod non potest in Latino.

Et deinde, non tanquam dixerit, principium sum sed principium credite. Eodem autem modo connectenda sunt sequentia, siue quis dicat: principium sum, siue, principium credite. Augustinus sic applicat, qui humilis propter vos factus ad illa verba descendit. Nam si, inquit, principium sicuti est, ita maneret apud Patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possent? Ergo, inquit, credite me esse principium, quia vt credatis, non solum sum, sed & loquor vobis. Sed de hac re iam multum est loqui vobis: placeat itaque charitati vestra, vt quod restat illo adiuuante seruemus castissimo reddituri.

Nec durum hoc mihi videtur. Nam principium sum inquit, & creator vester, vnde omnia sunt, & vna vestra reipublicæ initium & salus, qui etiam nunc loquor post omnia oracula prophetarum. Non modo principium, sed conseruator, monitor. Tanta vos dignatione complector, vt etiam vobis loquar. Cur vero Deum se dicere non dixerit, sed principium, causam esse non dubito, quod furentibus aniam saluendi offerre noluit. Itaque obfuscus se principium esse, & tale principium, quod illis tamen loqueretur, nempe postquam homo factum est. Ambrosius l. 5. de fide c. 4. Propter quod & utrumque ait ego à meipso non veni, ego sum principium, quod & loquor vobis.

Et lib. 3. de fide. cap. 4. Nec de principio refidet aliquid questionis, cum interrogatus in carne: *Tu quis es?* responderit: principium qui & loquor vobis. Quod non solum ad diuinitatis aternitatem refertur, sed etiam ad documenta virtutum. Ex hoc enim & Deum se probauit aeternum, quia omnium ipse principium est, & vniuersiusque virtutis Author est, quia Ecclesia caput est, sicut scriptum est: Quia ipse caput corporis Ecclesie, qui est principium primogenitus ex mortuis. Liqueat igitur & de incarnatione dictum esse principium viarum suarum, quod ad sacramentum suscepti corporis videtur esse referendum.

Et paulò post. Principium itaque nostra virtutis est Christus. Principium integritatis, qui docuit virgines, non viriles expectare concubitus, sed integritatem mentis & corporis, sancto magis dicare spiritui, quam marito. Principium parsimonie Christus, qui pauper factus est cum esset diues. Principium patientie Christus, qui cum malediceretur, non maledixit, cum percuteretur non percussit. Principium humilitatis Christus, qui formam serui accepit, cum patrem Deum maiestate virtutis exequaretur: ex illo enim accepit virtus vnaquaque principium.

Et lib. 1. Hexem. c. 2. sicut in Euangelio Dei filius dicentibus sibi, *tu quis es?* Respondit: *initium qui & loquor vobis.* Erasmus aliud contra Augustinum & Ambrosium non adfert, quam quod duram expositionem censetur esse.

§. 5. Latinorum & Syrorum interpretationem
Ii 2 etiam

Græcorum
expositio-
nes.

etiam probat, quæ in Græcis inuenitur expositionibus difficultas. τὴν ἀρχὴν illi ponunt aduerbiallyter, alij accipiunt pro, Primo, ut sit πρῶτος alij ἐξ ἀρχῆς à principio. Alij pro παντελῶς omnino, plane. Hinc alij sic exponunt. Primo sum, quod & loquor vobis, alij omnino sum, quod & loquor vobis. Chrysostomus concisè loquitur. Theophyl. paulò clarius. ὁ δὲ κύριος τὴν ἀρχὴν, Φυσὶν, ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. ὅμοιος, Φύσι, καὶ τὸ ὅλος ἀκρίβει τῶν πᾶσι ἐμὸν λόγον, ἀνάξιοι ἐσθ, μήτις καὶ μαυθάνειν τίς ἐμὶ πάντας ὅσους περιέχοντες λέγετε, καὶ ἔδεναι τῶν παρ' ἐμὸν προσέχον διέχοντες.

Dominus dicit, principium quod & loquor vobis, vos, inquit, indigni estis, qui prorsus sermones meos audiat, & distat, quis sim. Omnia enim tentantes dicitis, nulli rei quæ à me dicitur attendere volentes. Alij ὅτι coniungunt, ut sensus sit, Ut & loquar vobis. ut λαλῶ sit coniunctiuus.

Erasmus mallet λαλῶν loquens legere. Leontius: contemnitis me, quia vobiscum loquor. Cyrilli & Nonni explicationes verba Christi parum ordinant, nec explicant. Sed generatim quendam sensum reddunt, qui verbis Christi concinnatis non nisi per multas deductiones continetur. Non tamen repudio illos, qui interpretem nostrum Principium accusatino v-surpassè existimant, sed affirmo, obscurissimum eos facere contextum Latinum.

Musculus etiam facit illa verba multis obscura videri, & varie ab interpretibus accipi. Marloratus ex Caluino, Non sum repente ortus sed quemadmodum olim promissus fueram, sic nunc in medium prodeò. Itaque τὴν ἀρχὴν apud eum est: à principio sum, non sum repente ortus. Et: quod & loquor vobis, id est, iam in medium prodeò. Vel. Secundum principium, hoc est: ille de quo iam olim, sicut & nunc quasi de integro confirmo. Vel. Et sane quod nunc loquor, conforme est omnium sæculorum oraculis. At non respondetur sic interrogantibus, querunt, quis es tu? Respondet, conformia loquor oraculis. Nam principium ait cō-plecti omnium sæculorum seriem. Caluinus etiam Græcos interpretes variare inter se.

Lutherus. Erstlich der / der ich mit euch rede. Primo is, qui vobiscum loquor. In nota marginali exponit. Hoc est, Ego sum vester concionator. Si hoc primo credatis, facile intelligetis quis sum, alioqui minime.

Stapulen-
sis.

§. 7. Beza ex Stapulensi hanc expositionem adfert, & probat. Id quod à principio loquor vobis. Quasi scriptum in Græco τὸ πρῶτον κατὰ τὴν ἀρχὴν λαλῶ ὑμῖν. Sic ille ergo locum vertit, quem ait: Infinitis pene modis expositum. Contra Augustinum, & Ambrosium nihil ille aliud adfert, quam esse explicationem contortam. Eam expositionem: quæ habet: Primo respondeo mecum esse qui loquor. Coactam, & frigidam ait. Aliam: Principio id sum, quod etiam dico vobis. Hanc ait longe petitam. Chrysostomi expositionem obscuram ait, nec cum Christi verbis consentire. Erasmi interpretatio. Quasi dicat: In peccatis vestris moriemini primum ob idipsum, quod hac loquor vobis, illi displicet. Illam vero, Prorsus quod loquor vobis, nimis argutam putat. Ipse Nonni interpretationem approbat. ὅτι τὴν ἀρχὴν καὶ λαλῶ ὑμῖν. ὅτι παρ' ὑμῖν, inquit ille, ἐξ ἀρχῆς ὁμιλέω. Quod apud vos à principio dixi. Ita ὅτι prouocabulum esse. Sed Nonni trajectio ex lege carminis potius quam ex sensu aestimari debet. Nec verba Euangelistæ, quæ soluta sunt, componi & construi ad ligatam orationem oportet,

sed oratio illa ligata ex verbis Euangelistæ concinnanda est.

Itaque primo transponit omnino verba. Ut hunc sensum conficiat. Ut quærant Sed τίς εἶς? Tu quis Nonni ait. Respondet Christus. ὅτι ἐγώ. Id sum. Vbi ὅς tepere ponit pro τὸ πρῶτον iuxta Bezam. Nam vertit: id quod. tu. Et in notis habet. Postremo hæc est natura responsionum, ut in ijs repetatur verbum, positum in questione: ut hoc loco plane sit repetitio verbi substantiui, quod fuerat in questione vsurpatum. Itaque cum substantium ponat verbum, debet geminare. ὅτι ἐγώ, vel τὸ πρῶτον ἐγώ, ὅτι καὶ λαλῶ, quod Nonnus non facit. Sed cum illi quærent. Quis es tu? Respondet: quod à principio loquor vobis. Nam particulam & quasi pleonasmus etiam Nonnus omittit. In hac tanta diuersitate, aut Augustini & Ambrosij, aut hanc Nonni probabiliorem iudicio cæteris. Et qui hanc tenere voluerit, illud nomen: Principium necesse est, ut Græcisimo obscuro interpreteretur, nempe secundum principium. Idem tamen in Græco durissimam traiectionem admittere debet.

VERSVS 25, 26.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hac loquor in mundo.

QVÆSTIO I.

Cur non iudicet de Iudeis?

§. 1. **M**ulta esse, quæ eorum moribus loqui & iudicare possit, ait. Sed eum à quo missus est, veracem esse. Se autem ea quæ audiit ab eo loqui in mundo. Multis est visa ratio difficilis nec enim iudicio verissimo filij impedimentum adfert veracitas patris, nec de moribus Iudeorum loqui prohibet, sed mandat annunciare scelera eorum. Nam & illa ipsa audiuit à patre. Causa igitur mittitur cur nunc non iudicet, nec exprobet impij, aut improbitatem, redditur, quia pater verax est, quia dicunt omnia olim exquiret, ob oculos ponet, & vicissè: quid sit tur probe. Nunc igitur nihil opus illa iudicij seueritate, quam alteri tempore pater referuauit.

VERSVS 27.

Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum.

QVÆSTIO I.

Quomodo non cognouerint, quod patrem illis dixerit Deum?

§. 1. **G**ræca pleraque habent, Et non cognouerunt quia patrem illis dicebat. omittunt autem, Dicit, ut etiam Syriacus textus. Et Chrysostomus, Augustinus, Beda. Vetusissimi tamen codices ita habent, ut legit vetus interpres. & requirit id sensus. Cui

Cum enim adeo multa dixisset de patre, non tamē cognouerunt, Deum esse. Suspiciati quidem sunt cum id velle significare, non tamen vel intellexerunt, patrem eius naturalem esse Deum, & id eum dicere: se naturalem Dei filium esse, Deum de Deo. Pater igitur est, à quo docendi prouinciam Christus suscepit, qui contemptam filij vindicabit. Quod si nihil Dei filius docuit, nisi quod à patre audiuit: fugiendi omnes sunt, tanquam seductores & pestes, qui nouam doctrinam inducunt, quam Ecclesia à Christo non accepit.

VERSUS 28.

Dixit ergo eis Iesus, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hac loquor.

QVÆSTIO I.

Quomodo cognituri erant, postquam exaltauerint filium hominis?

§. 1. **S**ublatus ex oculis tanquam importunum sūmmonem optabant, morte eius stabilire suam Ecclesiam conabantur; sic enim populi ad obsequia rediturum. At Christus tum demum fore veritatem cognoscant, profiteretur, quod etiam factū est; nam miraculis tum in ipsa eius morte, tum vero post mortem plurimi conuersi sunt. Nam multa etiam turba sacerdotum obediēbat Euangelio. Cognituri vero erant eum nihil à seipso facere. Nam vt Deus à patre erat, vt homo omnia patris instinctu, & voluntate faciebat. Syrus habet ex mea voluntate, vt etiam supra aliquoties.

Quod vero ait *exaltaueritis*, non modo genus mortis probro indicat, sed etiam Dei consilium, quae in cruce sublatum deinde super omnes cœlo exaltauit. Augustinus tract. 40. *Quid est hoc?* Nihil enim aliud videtur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros quis esset. procul dubio ergo videbat ibi aliquos, quos ipse nouerat, quos ipse cum ceteris sanctis ante constitutionem mundi præsciendo elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi, quos assidue commendamus, & ad imitationem eum magna exhortatione proponimus. Missio enim de super Spiritu sancto post Domini passionem, & resurrectionem & ascensionem, cum miracula fierent in eius nomine, quem tanquam mortuum persequentes Iudei contempserant, coniuncti sunt corde: & qui seuentes occiderunt, mutati crediderunt: & quem sanguinem sentiendo fuderunt, credendo biberunt illa tria millia, & illa quinque millia Iudeorum, quos ibi videbat, quando dicebat: cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Tanquam dicens: differo cognitionem vestram, vt impleam passionem meam. Ordine verso cognoscetis quis sum.

§. 2. Idem Augustinus contra Sabellium probat filium non esse patrem. Iam gaudere, inquit, ceperat Sabellianus, erroris sui occasione comperta. Statim vt se tanquam in obscuro extulit, sequentis sententia luce confusus est. Putaueras eum esse patrem, quia dixit, Ego sum. Audi quia filius est, à meipso facio nihil. Quid est, à meipso facio nihil? A meipso non sum. Filius enim de patre est Deus: Pater autem non est de filio Deus. Filius est Deus de Deo, pater autem Deus, sed non de Deo. Filius est lumen de lumine, Pater autem lumen, sed non de lumine: filius est, sed est de quo est: Pater autem est, sed non de quo est.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

Quod si pater esset idem, qui filius, non posset negare se esse, atque adeo mitti à seipso.

VERSUS 29.

Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quae placita sunt ei, facio semper.

QVÆSTIO I.

Quomodo filium non relinquit pater solum?

§. 1. **C**hrysostomus de diuinitate interpretatur. Hac enim particula: A meipso non loquor indiscretam cum patre substantiam, & nihil contra paternam voluntatem se loqui ostendit. Cum enim à cultu excideris, neque vobis solia sacrificia permittentur: tunc diuinam in vos indignationem, ultionemque, quia me non audistis, intelligetis: quasi dicat: si ego alienus essem, & Deo contrarius, non adeo contra vos indignaretur. Eum sequitur Euthymius, & Augustinus.

Potest etiam de auxilio, quod humanitati præbatur intelligi. Nunquam enim filium Deus reliquit solum neceos qui fideliter causam religionis & pietatis agere insisterunt. Ratio redditur, quod semper faciat, quæ ei placita sunt; ideo enim facit, quia Deus cum ipso est, & ideo cum ipso, quia facit. Christi in Ecclesia præsentiam probari recte ex eo Musculus censet, si recte in Ecclesia viuatur. Quod verissimum est, in ea enim Ecclesia, in qua vere, & sincere Christus colitur ipse est, in qua pro dogmate certo, & inconcusso traditur, non posse legem Dei seruari in ea præsentia Christi per gratiam non inuenitur.

Solus non est, quia pater ad est.

Sine Christo non est Ecclesia.

VERSUS 30.

Hac illo loquente, multi crediderunt in eum.

QVÆSTIO I.

Quomodo crediderunt?

§. 1. **C**alvinus fidem hic improprie dici existimat, fuisse enim præparationem ad fidem, nec alius quicquid de Christo credidisse, nisi quod propèsi fuerint ad credendum. Theophylactus credidisse non iniquam *ἀπερίστατον καὶ ἀνόμιον* τὴν δοξασάντες. Cum verba humilia, & indigna suo honore profert, de humilitate scilicet loqueretur. Verum neque hæc indigna erant Christo, & illi vere crediderunt. Nam hortatur vt maneat in sermone, & perseueret, quod non faceret, si nondum crediderant sermone, si non erat in sermone. Veros fote discipulos pronunciat si manserint in sermone. Sermo igitur in illis erat. Chrysostomus fidem debilem fuisse ait, & cito defecisse. *ἡ πίστις οὐκ ἔστιν, ὅτι ἡ πίστις οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὅτι ἐστὶν, μετὰ τὸ εἶναι πάλιν. διὰ καὶ ὁ φῶς ἐστὶν αὐτῶν καὶ ἡ πίστις.* Quomodo ergo inquit in ipsum credidisse? quam tati erant, vt dixi quamobrem vehementius eos tergit.

Vere crediderunt.

Si igitur à fide defecerunt, fidem habuerunt. Quia etiam Bucerus & Bullingerus contra Calvinum veram hoc loco fidem agnoscunt, & fructum dominicæ concionis. Et si enim primates non crederent, de turba tamen multos credidisse. Quia Bullingerus felicis memorie rixatoribus Christum conuersum ait ad credentes.

Verbum
Dei non
tantum
scripto sed
etiam tra-
ditiōe
tenetur.

§. 2. Quod Musculus hic admonet, in sermone Dei manendum, non humanis traditionibus, id verissimum est. At nos traditiones humanas non dicimus, quibus credimus, sermo enim Dei non stylo modo scriptus, sed voce etiam est pronuntiatus. Et qui credebant Christo concionanti, non scribenti credebant. Non dicit in scriptura sua manendum, quam nondum ullam fecerat, & in Scriptura manere non possunt illi, qui in sermone non scripto manere nolunt. Scripturam enim veram esse, docet sermo Dei non scriptus, sed traditus. Ambr. T. 2. in Psal. legit. in verbo meo. p. 962. Quo in verbo nos manemus, nam & ipsum verbum credimus, & sensum verbi, quem ab Ecclesia veteri didicimus, hucusque retinemus. Nec modo futuros ait discipulos, sed iam esse; sensus enim est, perseverantes, à Christo pro discipulis haberi. Itaque Syrus à sensu non recessit, cum vertit: *Estis*. Vide Cyprianum de bono patientiæ, pag. 288. ubi ad integritatis reulit constantiam. Vide & Augustinum serm. 48. de verbis Domini.

VERSUS 31. 32. 33.

Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei, Iudeos, Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. &c.

QUESTIO I.

Quæ libertas hoc loco promittitur?

Libertas
ab omni
malo pro-
mittitur.

§. 1. Christus veritatis cognitionem promittit, & ex cognita veritate liberationem. *ἐλευθερίαν*. Beza vertit, in libertatem vindicabit, nam liberabit, & liberos faciet, ut vertit Erasmus, nimis late patere existimat. Quasi vero liberare, non sit liberali manu asserere, aut Christus de sola loquatur libertate, qua mancipia solent manumitti, non etiam liberatione à malis. Syrus utitur verbo æque late patente: *נחורא* *Nechurarchum* quod est liberare, & ut hoc loco habet glossa *נחורא* dedit libertatem. Aug. Tract. 41. *Quid est liberabit vos? liberos faciet.* Est quidem in Græcorum planius ut monuit etiam Augustinus, proprie tamen ait liberare, esse liberum facere. Veritas liberat, ipsa doctrina vera, siue ut malunt alij Christus veritas & vita.

§. 2. Caluinus hic præmium cognitioni promittit, cum negare non posset, aliorum verba detorquet. [Proinde, inquit, quantumvis quisque nostrum in Evangelio profecerit, nouis incrementis opus habere se sciat. Hoc autem præmio dignatur Christus suorum constantiam, quod se illis magis familiaritatem reddit. Quanquam hoc modo nihil aliud, quam prius donum altero cumulat. Ne quis putet hominis merito quicquam rependi.]

Præmium & meritum facit, ac si quis patrem esse, & filium non esse dicat. Nec verendum est, ne non sit Christi donum, id quod meritum dicimus. Ideo enim dedit meritum, ut daret & mercedem. Fidem & fidei mercedem Augustinus hic agnoscit, & cum illo veteres. Magna promissio, inquit, sed merces est fidei. Quæ mercedem, opus præcedat, si credis, mercedem exiige fidei. Si autem non credis, mercedem fidei, qua fronte queris?

§. 3. Musculus ex composito textum corrumpit. Veris discipulis, inquit, promittit veritatis cognitionem non reprobis.

At experientia docemur, reprobos veritatis Evangelicæ interdum magnam habere cognitionem. Sed ad eam cognitionem non veniunt, quæ clara est, in qua, ut docet Augustinus, videtur, quod nunc creditur, illa cognitio perfecte liberat, cum videbitur Deum sicut est, & apparebit, quid nos sitis. Qui vero non manent in doctrina, Christum deserunt & desertores, Christum verum non adorant. Chrysostomus homil. 34.

Quin videmus crebro quosdam doctissimos, alioqui in scripturis versatissimos fide carere, & reprobos mori. Multos multa ignorare, quædam & paucæ, necessaria tamen credere, atque ita saluari. Multi omnia quandoque crediderunt, & postea lapsi sunt.

Syrus filios ingenuos vocat vers. 33. *בני חורא*. Beza *mai chere*: Quod dicunt, nemini sese seruisse facile ex. Iudæi applicatur; non enim ipsi mancipia fuerunt, nec erant, nam politicæ Romanorum iurisdictioni, non despotio imperio suberant. Maiores eorum etiam qui captiui in Babylonem ducti sunt, non omnes venditi sunt, sed libertatem retinuerunt, opes sibi parauerunt, in dignitate fuerunt. Responderunt illa, & contendunt, non qui crediderunt, sed qui illiserant immitti: quod etiam Caluinus fateri cogitur.

§. 4. Liberum arbitrium esse hinc docemur. Si liberum enim filius liberat, ne serui sint peccati, si veritas ipsa primum ex parte, deinde parte & liberat, non est seruum arbitrium iustorum, sed liberum, & sive potestatis, quod Græci *ἐξουσία* appellant. Quamuis ergo peccato inhaerentes, nescij gratiam seruitutem seruiant, qui tamen liberi sunt, viuunt libere, licet etiam serui suorum peccatorum, non seruiant eo, quo hæretici assenserant in oio. Quia etiam, ut Irenæus monet, et si peccatores serui sint, non est tamen peccatum Dominus. Vtitur hac ratione inuicta Bellar. l. 5. c. 9. de amissione gratiæ & statu peccati.

Quinta ratio: Hæc aduersariorum sententia iniuriæ facit Christo, & eius meritum. Nam si concupiscentia est verum peccatum, & semper manet in homine quantumvis iustificato, certe sequitur, ut Christus non vere, sed imputatiue tantum à peccatis redemerit, ac liberauerit, & si diabolus Christo potentior, cum ille vere potuerit inquinare, iste non potuerit vere mundare. Vnde etiam falsa erunt testimonia illa scripturarum, Ioan. 8. Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Et ad Roman. 8. Sicut per vnus inobedientiam, peccatores constituti sunt multi, ita per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Nam qui adhuc sunt in peccato nec vere liberi dici possunt, nec vere sunt iusti constituti per Christi obedientiam, sicut vere, & non imputatiue tantum iusti sunt constituti per Adam inobedientiam. Sed de his plura suo loco in disputatione de iustificatione.

Respondet Pareus. [Negatur connexio propositionis, quia nihilominus vere non redemit Christus, tum quia fidelibus remittit peccata, tum quia ipsa per sanctificationem Spiritus expurgat inchoatè in hac vita, consummate in altera, & sic sunt intelligenda allegata scripturæ Ioan. 8. 38. Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Rom. 8. 19. Sicut per vnus inobedientiam peccatores constituti sunt multi, &c. Sic per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Nempe per imputationem quidem perfecte, per sanctificationem vero inchoatè in hac vita, consummate in altera. Ideo Apostolus vtriusque, bo futuro *καθαρσέν* *καθάρσει*. Secundo aduersarius male opponit, vere, & imputatiue, quasi quod imputatiue

ratue sit, vere non fiat. Nam peccata imputatiue remittit, & vere, imputatiue iustificat & vere.]

Sed illa omnia libertati non sufficiunt, nec depellunt seruitutem. Nihil magis ridiculum quam imputatio libertatis, non data libertate; quid enim agit vindicta pratoris, quid manumissio Domini, si imaginaria est seruitutis exolutio, si nihilo deterius est ius Domini: Perinde ac si hominem in pistrino aut ergastulo, aut metallis catenatum, detineat, labore & aruminis atterat, fame maceret, interim d. dicitur non vincula, non seruitutem, sed libertatem se misero imputare, non tamen ut liber sit, sed ne seruus estimetur. nemo non videt id nimis dura fictione iuris, nimis acerba calamitatis irrisione fieri.

Si igitur verè liberat, verè vinculis exuit, seruitute exoluit. Nec liberationis veritatem tollit, dum imputat iustitiam; non enim libertatem imputat in seruitute manentibus, & compede victis, sed liberis & solutis: ideo non imputando vere liberat, & quod facit, id se facere pronunciat. Perfekte tollit reatum, sed data iustitia: Imputatio igitur & veritas non repugnant, cum id quod imputatur, etiam donatur; repugnant, cum libertas imputatur, seruitutis necessitas, & exercitium perseuerat. Audiamus de hac libertate Augustinum. Hoc verbum tractat. 41. Dominus à libertate posuit, liberabit vos. nihil est enim aliud proprie liberat, nisi liberum facit. Quomodo saluat nihil est aliud quam saluum facit: quomodo sanat nihil est aliud quam sanum facit: dicit, nihil est aliud quam diuitem facit: sic liberat nihil est aliud, quam liberum facit. Hoc in verbo Græco planius est, nam in Latina consuetudine plerumque dicimus hominem liberari, quod ad libertatem non pertinet, sed tantum ad salutem: sicut quisquam dicitur liberari ab infirmitate, & vilitate dicitur, non tamen proprie: Sic autem posuit Dominus hoc verbum, ut diceret, & veritas liberabit vos, ut in Græca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse.

Quis non videat, infaniam eum qui pereunti salutem, contabescenti sanitatem, pauperi diuitias imputat: si a malis non liberet. Non igitur redemptorem agnoscunt, qui talem fingunt redemptionem. Quod de regeneratione inchoata fingunt multo est improbius: nam cum illa sanctitate non parua modo & venialia peccata, sed ingentia etiam facinora consistere sibi imaginantur Calviniani, atque hanc sibi libertatem arrogat. Quasi vero ea sit liberatio, ut scortationes, adulteria, homicidia, blasphemie non imputentur, cum animo concipiuntur, & opere patrantur, atque illi qui ista faciunt, sint beati. Hoc vero est filium facere non liberatorem, sed lenonem: & scelorum patronum. Hoc modo non liberat veritas, sed ligat & sibi mancipat mendacium.

VERSUS 34. & seq.

Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati, &c.

QVÆSTIO I.

An seruitus peccati tollat arbitrij libertatem?

1. Pareus l. 5. cap. 29. de gratia, & libero arbitrio. Omnes facientes peccatum, hoc est gratia destituti, sunt serui peccati. Nulli igitur gratia destituti sunt liberi, seu habent arbitrium ad bonum. Respondet Bellarminus. Respondeo, seruitus & libertas generatim accepta sine dubio opponuntur, sed non, quævis seruitus cuiuslibet libertati opponitur. Alioquin non diceret Apostolus ad Roman. cap. 6. Eos qui sunt serui peccati, liberos esse iustitiae, & contra, liberatos à peccato, seruos esse iniustitiae. Itaque seruitus

peccati opponitur libertati à peccato, non libertati naturæ, quæ proprie dicitur liberum arbitrium. Nam qui seruus est peccati, non potest suis viribus excutere iugum peccati, & ad libertatem iustitiæ peruenire. potest tamen per liberum arbitrium, adiuuante Deo liberari à peccato, & potest, si velit, per se manere in seruitute peccati. Sicut etiam è contrario seruitus naturæ, id est, naturalis determinatio ad vnum, qualis est in pecoribus, opponitur libertati naturæ, id est, libero voluntatis arbitrio; non tamen libertati à peccato. Immo quæ carent libertate naturæ, hoc ipso quod illa carent, non possunt vilo modo seruire peccato.

Quintum testimonium ex illo Ioan. 15. Sicut palme non potest à semetipso ferre fructum, nisi manserit in vite, ita & vos nisi in me manseritis. Palmes, inquit, à vite præsuis non potest non arescere, in vite autem insitis & ex ea viuens, non potest, non ferre fructum: igitur nec homines, qui palmitibus comparantur, habent vilo tempore libertatem ad oppositum.

Respondeo, homo rectissime palmiti comparatur, quia sine succo vitis celestis, quæ Christus est, non potest producere opera salutis æternæ, & celestia; tamen quia idem homo palmes est rationalis, potest per liberum arbitrium cum est in vite, ab illa sponte recedere & arescere, & à vite præsuis, per idem liberum arbitrium, adiuuante summo agricola, potest in vitam eternam inferri & fructum ferre. Itaque probant ista similitudines necessitatem gratiæ, sed non excludunt arbitrij libertatem.

Pateus obicit. Vacuus iustitia non esse liber os ad iustitiam, sed tantum ad iniustitiam, nec ad bonum, sed ad malum. addit: [Atqui (p. 919.) hic queritur non de libertate, sed vacuitate iustitiæ, sed de libertate voluntatis ad iustitiam, ad bonum, sine gratia. Et libertas iustitiæ, quid est, nisi prauitas naturæ. Aduersarius igitur pro libertate iustitiæ pugnans, quid nisi pro prauitate depugnat? & in malitia gloriatur? Nam ut Augustinus ait de gratia & libero arbitrio. Semper in nobis voluntas est libera, sed non semper bona.]

At ille profecto statum questionis euerit. Non enim ita dicimus arbitrium sine gratia ita liberum, ut bonum iustitiæ perfecte sine gratiæ auxilio facere arbitrium possit. Sed liberum eatenus ut non cogatur mala facere, nec vlla necessitate eo impellatur. Calvinus turmam hominem qui est sine gratia facit seruum peccati, lum facit ut non possit quicquam nisi peccatum facere. Verba re. eius sunt. Caterum ita est voluntaria hac seruitus, ut qui necessario peccant, non tamen cogantur ad peccandum. Bellarminus negat hanc seruitutem. Nam liberum arbitrium peccatoris manet, etsi seruus sit peccati. Ideo enim seruus manet, quia obnoxius est peccato, nec seruitio exire potest, nisi liberatrice gratia, tanquam vindicta manumissus. Nec ea est eius conditio, ut necessitate & semper, omni motu, & conatu peccet: potest enim à multis peccatis abstinere. Si enim misera necessitate vult, non est in culpa, ut velit. Si non potest non velle. Nec Bellarminus pro naturæ prauitate pugnat, cum ponit in peccatore liberum arbitrium, sed prauitatem naturæ excusat Pareus, cum necessitati illam attribuit: nec enim necessitas alia est, quam naturæ deprauatæ, quam semper peccare aiunt, etsi moralia bona quantumcunque excellentia operetur. Augustini dictum euerit Caluini & Parei rationem. At ille voluntatem semper liberam non semper bonam. At malam cum seruit peccato; nempe cum facit peccatum: quamuis vero sit serua peccati, cum non facit peccatum, non male agit. Malus seruus, non semper male agit. Seruitus igitur peccati non est contraria naturalibus viribus, liberi arbitrij, quæ remanent in peccatore. Sed libertati, quæ cum gratia Dei salutem operamur. de qua Augustinus contra duas Epist. Pelagi. l. 1. cap. 2. Natura humana, diuina indiget gratia. Dicente domino. Si filius vos liberauerit: tunc vere liberi eritis, utique liberi ad bonè, iustique viuendum.

Quia tamen etiam peccatori gratia sufficiens offertur ad eam accipiendam, liber est, ut possit si velit, conuertere. & de ciuit. l. 14. c. 11. *Arbitrium voluntatis tunc est vereliberum, cum vitio, peccatisque non seruit.* Tale datum est à Deo, quod amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit, reddi non potest. Vnde veritas dicit: si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Idem de peccat. meritis & remiss. l. 2. cap. 6. & liberum probat arbitrium,

Verè liberum est arbitrium. & à qua dominatione liberentur ostendit. In hac quaeritur à propositione questionum si à me queratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam & liberum eius arbitrium: ipsum quoque, liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona pertinere non ambigens, nec tantum ut sit, verum etiam ut bonum sit: id est, ad facienda mandata Domini conuertatur, atque ita Dei gratia non solum ostendat quid faciendum sit, sed adiuvet etiam ut possit fieri quod ostenderit. Quid enim habemus quod non accepimus? Vnde & Hieremias dicit, scio Domine, quia non est in homine via eius, nec viri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Hinc & in Psalmis cum quidam dixisset Deo, Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis: continuo non de se praesumpsit, sed optauit ut faceret. Vtinam, inquit, dirigantur via mea ad custodiendas iustificationes tuas. tunc non confundar, dum in scripto in omnia mandata tua. Quis autem optat quod in potestate sic habet, ut ad faciendum nullo indigeat adiumento?

Tertullianus de poenitentia c. 6. *Quis enim seruus potest cum libertate mutatus esse, furta sua, & fugam sibi imputat? Quis miles postquam castris suis est emissus, pro notis suis satagit?*

§. 2. Admonet etiam filios non esse nisi per filium. Ideo ne heredes. Serui enim in domo non manent in æternum: à filiorum enim consortio excluduntur. Venduntur enim pecorum instar, & ut mancipia reijcula crebro exponuntur. Reprobationem eorum Christus manifesto indicat; id enim etiam à Prophetis praedictum: Osee. 9. *Propter malitiam alimentorum eorum eijciam eos de domo mea, nec addam ut diligam eos.* Sic & Amos. c. 5. *Quin & Iudæi existimant, tertium illis redditum in terram Israel non esse concedendum.* In libro *יְהוֹשֻׁעַ* Iehamoth libro fratriarum. c. *יְהוֹשֻׁעַ* terra. illud perpetuum exilium, sine spe reditus perscriptum est. Traditum est, inquit, in libro *סֵפֶר עֵלֶם* sedergholā. Id est: ordinis mundi. Scriptum esse Deut. 30. Et introducet te Dominus Deus tuus in terram quam possederunt patres tui, & possidebis eam. Possessio namque prima, & secunda fuit eis, tertia non erit. Dixit R. Iohanan. Hæc illi de sua terra, à qua eiectione sunt magnis calamitatibus primum afflicti. Sed illa eiectione reprobationis symbolum fuit. Cum peccatorum ergo serui vere essent, & semen Abrahamæ, non secundum fidem, sed secundum carnem Gal. 4. 29. hinc Saluatorem occidere tentauerunt. Exprobrat illis & Iustinus, Dialogo contra Tryphonem. Non modo quod contra Christum, & Apostolos sæuissent, sed etiam quod suo tempore cum occasio esset, Christianos affligerent, manentque in hodiernum diem eadem illa in Christianos odia.

Iudeorum reiectio. Idem etiam pag. 244. Etiam profelytoseorum impios dicit. *οἱ ἡρώδης οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ σατάν.* Iudei vero non solum non credunt, sed duplum, quam vos blasphemant, nomen eius & nos, qui in eum credimus, & occidere & cruciare volunt. Mansit igitur & hoc parricidale odium in Iudeorum etiam posteris.

Profelytorum malitia.

QVÆSTIO II.

An Catholici Iudeos imitentur dum se patrum Ecclesiam tueri dicunt?

§. 1. Caluinus Iudeos Abrahamæ semen iactantes & Catholicos patres ac veterem Ecclesiam fidei suæ matricem dicentes: eodem loco habet. in-

quit. p. 108. [Quemadmodum hodie cōtinua à patribus luccellio papistas inflat, & plustquam turgidos reddit. Nam per quasque circumeant ambages, nunquam tamen elabi poterunt, quin hac sola iactantia efferantur. Nos sanctis patribus succellimus, ergo sumus Ecclesia. Quod si refellendis Iudeis valuit Christi responsum, non minus ad istos eo arguendos sufficit.]

Respondeo: Vanam esse, nec sibi coherentem comparationem. Iudei de carnali generatione loquebantur; hoc est in carne gloriabantur, ideoque se Deo Christiani caros & electos arbitrabantur. Cum tamen certo ipsis demonstraretur, non modo Abrahami multos filios à Deo iactantes, sed etiam Isaac, & Iacobi, deberentque ex eo certo cognoscere, virtute, fide, gratia, non sanguine & carne amicitiam Dei constare. at nemo Catholicorum ex generis propagatione salutem suam æstimat, sed germanitate fidei, & cognitione virtutum. Degenere filios pro puris habemus, non ergo nos dominus coarguit, sed Iudeos, qui longe alio modo de maioribus gloriabantur.

Deinde ex vtero se illi sanctos putauerunt, at nos quantumvis nascamur sanctis parentibus, in peccato tamen & concipimur, & in lucem prodimus, ante damnati, quam nati: à qua damnatione per Iesu Christi sanguinem eripimur, mundati lauacro vitæ, & albat in sanguine agni. Addit Caluinus Catholicos ideo Ecclesiam Dei esse se contendere, quod originem ducant à patribus. Omnino igitur stolidi est ratiocinatio Caluini, qua contendit, eodem Christi responso nos & Iudeos confutari, cum non eodem modo gloriemur. Illi generis nobilitate ex Abraham, nos fidei cōiunctione cum Apostolis & Apostolorum successione gloriemur. Easde scripturas, scripturæque sensum, ritu cum fidei symbola, sacramenta, caerimonias, tenemus, succellionem, & seriem pastorum non carnis propinquitate, sed omnibus gentibus doctrinam sine intermissione continuiam ostendimus. Hæc gloria est Ecclesiæ, quæ non etiā tuatur. Hac usus est olim contra Hæreticos, & præscripsit Tertullianus, Augustinus, Fulgentius, eorumque posteris; si nos erramus, ante nos igitur tot Episcopi, tot martyres, tot Ecclesiæ errant, si illi & illæ tot errant, sine causa martyria fecerunt, à Deo decepti sunt. Eorum nos succellio non inflat, nec turgidos, sed cautos facit, & humiliat, ne nouis nos doctrinis à patrum fide abduci sinamus, aut plustquam humana superbia, tot confessorum, martyrumque fidem damnemus. Quod faciunt Scetarij, talibus enim eos ludit præstigijs Satan, ut Deum à verbo, verbum Dei ab Ecclesia, litteram à sensu, Ecclesiam à fide, fidem à doctrina, regnum cælorum à Spiritu, totam antiquitatem à Deo separent, suis reformationibus omnia tribuant. Vnum atque vnicum scripturarum sensum verum existimant, quem priuato entusiasmo conceperunt, quo agi totum mundum oportere imaginantur.

§. 2. Nec vero sola nos hac iactantia efferimur: ut dicamus: Nos sanctis patribus succellimus, ergo sumus Ecclesia. Non est elationis hoc sacramentum sed modestiæ. Caluiniani nunquam elabi poterunt per quasque ambages circumeant, quin stolidi gloriatiōe efferantur. Nos solis autem Apostolis, nullis Patribus succellimus, soli verum scripturæ sensum, quæ omnes Patres ignorauerunt postliminio restituiamus. Nulla succellio, sed priuata Spiritus instructio nos fecit Christianos, fidei & scripturarum intelligentes. Edidit ante non multos annos Flores Flaminius Fredericus Braunbomus, & ut hanc Catholicis gloriatiōem auferret, Omnes Pontifices Romanos finxit Antichristos, omnes diuinos sibi honores quæsisse calamitatur pag. 103. Linum facit Pseudopapam.

Ut ostendi libro de extremo Iudicii die.

§. 3. Osten-

c. i. dixi. Consulendus & Augustinus l. 6. contra sermonem Ariarum c. 3. & 4.

§. 2. Quare, inquit, loquelam λαλῶν meam non cognoscitis? Respondet. Quia sermonem meum λόγον non potestis audire. Quid differt λαλῶν & λόγος hoc loco queri solet. Mihi pro eisdem accipi videntur. Exprobrat enim illis stuporem & cæcitatem, qua non agnoscunt verum esse sermonem Christi, nec approbant, ita ut non plures ex eo vilitatis capiant, quā si barbara & ignota illis lingua vteretur. Ad hoc respondet: causam esse quia non possunt audire sermonem. Hoc est tanto odio, inuidia; furete, ut ne quidem ad aures admittere velint. Quos enim inflammata ira homines videre non possunt, eorum nec sermones audire sustinent. Non igitur in Deum culpam non auditi sermonis transcribit, quasi ille potestatem audiendi negasset, sed præstatio odio causam assignat. Quocirca vera est Theophylacti expositio. ἐπεὶ οὐκ οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον μὲν ἀλλὰ τὸ οὐ βούλεσθε. Dixit, non potestis audire, pro non vultis. Impediebat enim odium voluntarium. Ἰδοὺ & καὶ φθόνος ἰδὲ αὐτοῦ τῷ Ἀβελῶν; mendacium & invidia propriissima Diabolo.

VERSUS 44.

Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.

QVÆSTIO I.

Quomodo ex patre diabolo Iudæi?

§. 1. Crauissima exprobratio, cum semen Abraham illi, & Deum Patrem iactarent, Christus diabolum eorum patrem esse asseuerat, & eos desideria patris sui perficere; non consistit in cognatione substantiæ, sed studiorum, οὗτοι ἐν τῇ αἰσθησει, αὐτὸ ἐν τῇ αἰσθησει προσάρεσιν συζυγῆσαι. In eā coniunctione, qua sit secundum consanguinitatem, sed qua secundum electionem. Nec de ceteris modo vitiis similitudinem interpretor. Sed præcipue de magno, quo in Christum ferebantur, odio. Nisi enim Deo velut hosti infens essent, non tam furenter in Christum inueherentur. Dæmonis autem impulsu Christum oppugnant: ut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum.

§. 2. Manichæi locum Geneseos 1. 26. ubi homo dicitur ad similitudinem Dei factus, contrarium huic loco dixerunt. Augustinus contra Adimantum Manichæum. c. 5. Deo quod scriptum est in Genesi, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hunc locum Manichæi, quod scriptum est in Genesi hominem factum esse ad imaginem & similitudinem Dei, propterea dicunt novo Testamento esse contrarium, quia Dominus in Evangelio dicit Iudæis, vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est.

Eodem modo Epiphanius contra Caianos. Nullum autem iuxta mentem bonum aut malum dicunt, sed iuxta naturam. Et primum quidem videamus de Cain, quomodo vetus Testamentum dicit: Maledictus tu a terra quæ aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui ex manu tua. Et rursum: Maledictus tu in operibus tuis, & eris gemitus ac tremens in terra.

Consona autem veteri Testamento Dominus in Evangelio de hoc dicit, quando Iudæi dicebant, nos patrem habemus Deum: Dominus vero ad ipsos dixit, vos filii estis patris vestri diaboli, quia mendax est. nam & pater ipsius mendax erat: ille homicida erat, & in veritate non mansit. Quum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia pater ipsius mendax erat. Vnde etiam alie hereses ubi audierunt verbum hoc, patrem quidem Iudæorum diabolum esse dicunt.

Et contra Archonticos. Dicunt autem hi, velut etiam supra à me indicatum est, diabolum esse filium septima potestatis, hoc est ipsius Sabaoth. Esse autem Sabaoth Deum Iudæi. Diabolum vero malum eius filium, qui cum sit in terra, aduersetur proprio patri. Et ipsius patrem neg, talem esse, neque minus esse incomprehensibilem Deum, quem patrem vocant, sed finitram esse potestatis. Porro rursus aliam fabulam hi narrant. Diabolum, inquit, progressus ad Euam, copulatus est ipsi velut vir mulieri, & genuit ex ipsa & Cain & Abel, quapropter restitit alter alteri, propter emulationem quam mutuo exercebant, non eo quod placuit Abel Deo, velut veritas ipsa habet sed alium errante, rationem asserunt: quoniam inquit, amabant ambo sororem suam propriam, ea de causa infurrexit Cain aduersus Abel & occidit ipsum. Ex natura enim dicunt ipsos ex semine diaboli velut dixi, natos esse.

Hæresin illam tæterram hodie nonnulli recipient, quæ Lutheri schola prodierunt & libris scriptis defenderunt, Flaciani, & Cyriacus Spangebergicus, Christoph. Irenæus, Matthias Schneider. Hieronym. Opitius. Tobias minister Ratisbonensis, eorum confortes Manichæi, qui peccatum originale essentiam hominis dixerunt, ideoque eius creationem bono principio tribuere non poterunt.

Verum constat ista de imitatione Satane, de obedientia illi præstita, impietatis successione, non mutatione naturarum fieri. Ambrosius l. 4. in Lucam de successione malitiæ interpretatur.

Eodem modo Augustinus l. 2. c. 13. contra Petilianum. Hebræi autem valde impios vocabant filios Belial. Christus Iudam Ioan. 6. 70. Iudam vocat diabolum. Sic 1. Reg. 25. 17. & 3. 29. 21. 10. & 11. 13. Filii Belial vocantur filii Diaboli. Cæsarius Arelatenf. hom. 18. prolixè exponit.

Vide & Macarium hom. 46. Commune autem est naturis rerum ut sit semper suam referat soboles. ἕκαστον γὰρ ἡμῶν τῶν ἰδιωτικῶν εἶναι γένος. Omne enim gentium simile est gignentibus. ἢ γὰρ ἀνθρώποις αὐτὸ ἐκείνῳ, ἢ γὰρ καὶ ἡμῶν. Requies enim eius ibi est, unde & ortum est.

QVÆSTIO II.

Quomodo diabolus homicida ab initio?

§. 1. Ab initio homicida fuit, nam tentando, atque vincendo, tentatos occidit: omnes n. cor. pote, multietiam animæ mortui sunt, nempe morte fecunda. Sap. 2. Deus creauit hominem inextremabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. inuidiā autem mors introiuit in orbem terrarum.

Homicida ab initio aliter non fuit, ut ait Leo, nisi, quia primos homines veneno suæ mortificauit inuidiæ. Vide Theodoretum, Eucherium, Bedam Chrysostomum, Augustinum in Gen.

Bellarminus l. 3. cap. 2. de amissione gratiæ & statu peccati. S. Prosperi & Augustini & Prosperi sententiam citat, qua videntur affirmare, tentationem diaboli, in primis antegressam occultam superbiam; sed ipse eos excusat, & interpretatur, non de superbia omnem tentationem antecedente, sed quæ in ipsa tentatione sit nata. Sic enim loquitur S. Prosperi. l. 2. de vita contemplatiua cap. 19. Et mihi quidem videtur quod non ederent de ligno prohibito, nisi concupiscerent, & non concupiscerent nisi tentati: nec tentarentur nisi desererent: nec desererent a Deo nisi prius ipsi desererent: nec desererent.

venit Deum nisi superbiunt, & similitudinem Dei miserabiliter appetissent: ad quam peruenirent essent sine corporis morte, si sub Deo suo viuentes, præceptum quod acceperant custodissent: ut qui posse non mori acceperant in natura, non posse mori consequerentur in gloria: & ibi accepturi essent: præmium non posse peccare si hic eorum meritum fuisset, peccatis noluisse. Non igitur a creatore suo in creaturam diuinitatis affectatione collapsos moueret aperta concupiscentia, nisi eos ante corrupisset occulta superbia: nec eis ante serpentem diabolum propinquaret tam ferale consilium, nisi prius eorum deprehenderet appetitum. Si, inquit, gustaueritis de ligno scientiæ boni & mali, aperientur oculi vestri & eritis sicut Di, scientes bonum & malum.

Quocirca mendace calumniandi libidine accusat Bellarminum Pareus, quasi patres illas vellit. Non est enim vellicare, verba eorum alioqui dubia, adducere, & ostendere ex eisdem patribus, mentem loquentium esse bonam; ideoque in verbis bonum sensum esse. De Augustino, in defensione Bellamini suo loco dixi.

§. 2. Sum Deum ab homicidio diaboli non magis Calvinista quam ipsum Satanam defendere possunt. Nam homicidium illud Deum decreuisse Pareus ait, aliorum vero maior est scitities, nam Deum sua omnipotentia homicidij causam esse contendunt. Idolum enim Calvinistarum, ut ipsi docent, gloriæ suæ scelera, & pœnas miserorum impendit.

QVÆSTIO III.

Quomodo in veritate non stetis?

§. 1. Chrysostomus de ipsius etiam diaboli lapsu, non de fidei tantum qua hominem circumuenit accipi posse docet. Nam ἐν τῇ ἀληθείᾳ, interpretatus est. ἐν τῷ ὁρθῷ βίῳ. In vitâ rectâ. ita Iudæi 6. dicitur non seruasse principatum suum; nam & Satan in iustitiâ acque integritate creatus est. Recentiores veritatem vetium fidelitatem, idque indicari voce Hebræa מַלְאָכִים arbitrantur. Desit ille quidē Deo fidelis esse, sed hoc loco plus aliquid significatur; nempe tota Angelorum in demones commutatio, defectio & Apostasia, mendacium quo Eam decepit. Item. l. 5. cap. 22. & 23. de demone mentiente interpretatur. Mendacium itaque loquitur ex propriis, non enim auctor mendaciorum Deus est. Sed ipse diabolus est pater mendacii. Non significat patrem diaboli mendacem esse, ut Zvinglius interpretatur. Cuiusmodi vnde all sein Geschlecht. Id quod etiam Nonnus putauit.

Ἰδοὺ τὸς αὐτοὺς, ἐφ' οἷς ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῇ ἀληθείᾳ
Mendax ipse, mendace ex genitore.

VERSUS 45. 46. & 47.

Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

QVÆSTIO I.

Cur non credant Christo Iudæi?

§. 1. Ingenio esse deprauatissimo demonstrat, ad Ieo ad mētendum prompto, alieno a veritate

ut idcirco non credant, quia verâ Christus dicit. Nam veritas noua, inassuetaque ad aures infidelium accidit, easque percellit tale ingenium 3. Reg. 22. 8. in tege impio cernitur. Nonnus habet:

Ἰδοὺ αὐτοὺς ἐλεῶν, καὶ οὐκ ἐκείνους πείθοντες.

Vobis ipse dixi, & non creditis mihi. Id vero mihi in illis excusari potest, quod personam exoti sint, in qua nullum delictum deprehenderunt: quem accusare non possunt.

§. 2. Bucerus hæreses suas eodem modo nobis approbare conatur. Notandum esse ait, suam, & suorum doctrinam cum reprehendi & culpari non possit, non tamen fidem reperire. Grauiusque ut & Bullingerus accusat eos qui suis non credunt.

Respondeo ridiculam esse ratiocinationem. Veritatem prædicanti credendum est, at nos clare, discreteque negamus vera esse, quæ Bucerus prædicauit. Simpliciter dicimus non esse veram doctrinam aduersariorum, & per singula dogmata probamus: nec Bucerus ipse id negare potuit, ut qui toties eam mutauit, nouus inter Lutheranos & Zvinglianos cothurnus. Doctrinæ aduersariorum omnia obstant. Neque enim vera est, & nouitate, schismate, varietate sibi fidem derogat. Falsitas eius multis veterum, multis recentiorum concionibus & scriptis ostensa est. Nec ab aduersariis probata est. Affirmanti autem incumbit probatio.

VERSUS 48. & 49.

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus, Ego demonium non habeo: sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.

QVÆSTIO I.

Quid sit ex Deo esse?

§. 1. Duplex interpretatio. 1. Electum esse, regeneratum esse. Posterior est vera. Nam qui regeneratus est, audit, qui reprobus est, etiam sæpe audit, licet non perferat: & qui electus est, antequam gratiam adoptionis acceperit, non audit. Qui igitur electus est, & iustificatus audit, & si aliquando à iustitiâ recedat, non tamen morietur, quin ante audiat, & conuertatur. Horribile potro signum reprobationis est, contemptus verbi Dei: sicuti è contrario electionis, amor diuinorum eloquiorum.

Damnationis tesseram Iudæi produciunt, cum dicunt Nonne bene dicimus quia Samaritanus es, & demonium habes? Samaritanum ob legis neglectum appellant, reprehensionem conuictio pensantes. Demonium habere calumniantur, quod cogitationes eorum notit. Quod gloriam Dei in se transferre videretur. Verè Chrysostomus ὁ ἰσχυρὸς ἡ μακάριος δὸνὲι τὰς τοῖς δὲ αὐτοῖς τοῖς. Quod sublime est, apud valde insensatos furor videtur.

§. 2. Mansuete calumniatoribus respondet. Ego demonium non habeo; Sed ut Augustinus, vitam dono. Non enim meam gloriam quero, sed Dei; suam gloriam diabolus querit.

VERSUS

Ita Sorbonici, quorum nominibus paginas istas no-
lui conspurcare, aut fidelem illum in domo Dei ser-
uum Ioannem Calvinum Sabellianismi accusare, &
nouum auctoritatum nomen comminisci, quasi
personarum reales proprietates neget, qui citra vl-
lam essentiae disceptionem, vna & eadem deitate,
quamuis non vno *ὡς ἑκὼν* tres personas v-
num Deum esse, aduersus hos ipsos Sabellianos, &
renatos Arianos, ac Tritheitas, soli nostris tempori-
bus tutati sunt. Bonis illis magistris nostris, non qui-
dem stertentibus, sed comparando sibi ex priorum in-
scitatione Episcopatu, quamuis non pari inter ipsos
successu inuigilantibus.]

Respondeo: De iniuria omnibus in Gallia consta-
re, qua viros optimos Beza afficit; & felices illi, qui à
Bezanis libris absunt, in quibus primas olim disertè
tenuerunt Candida & Andebertus; in aliis occultè,
dum contendit, suorum sibi flagitiorum nihil impu-
tari. Sed an Caluino iniuriam faciant, qui eum Sa-
bellianismi accusant videamus. Noetius sanctissimæ
Trinitatis personas confudit, Hermogenis, & Pra-
xæ hæreses ab orco reducerelaborans, Sabellius tres
personas rem vnam, tria nomina dicebat. vt Niceph.
l. 6. cap. 26. Caluinum sane multi huius erroris ac-
cuserunt.

L. i. in tit. cap. 13. §. Personam residentiam in essen-
tia appellat: in editione Gallica, vt Gualterius noster
docet. sæculo 3. cap. 13. de Noetianis. Et sæculo 1600.
In errore 27. vbi ostendit eum negare, filij essentiam à
patre datam. Negat, patrem esse principium, essentiam, ait
verbum, semper fuisse Deum, proinde non esse illi à patre da-
tum vt esset. At si secunda persona non habet essen-
tiam à prima, non potest etiam habere distinctionem.
In opusculis, nec totam nec partem accepisse contendit. Pla-
ta videri possunt, apud nostrum Gualterium loco ci-
tato certe l. i. in tit. c. 13. §. 5. Nomina Trinitatis, perso-
næ, consubstantialis sepulta cuperet. In Deo autem
discretas proprietates agnoscit. Bullingerus tres per-
sonas non potestate, sed specie differre. l. de auctori-
tate Ecclesiæ.

Beza ipse quantum abest à Sabellio, tam prope
est Tritheitis, in magna confess. Gallicana art. 2. pun-
cto. i. Verbum Dei clare nos docet, quod ista essentia diuina
est distincta realiter, & secundum veritatem, & ab æterno
in tres personas. Eruditissime de hac re Ludouicus
Richeomus. l. 3. de idololatria Hugonotica cap. 3.
Fides autem Catholica credit & proficitur vnum Deum, & vnā
tātam essentiam numero, & tres personas, quarum vnaquæque
totam illam habet essentiam. Quod ineffabile mysterium Cal-
uinus hac impia doctrina peruertit; ac propterea negat Sacro-
sanctam Trinitatem inuocari debere: Siquidem ad Polonos
scribens de consueta in Ecclesia orandi formula: Sancta Tri-
nitas vnus Deus miserere nobis. Hac, inquit, communiter re-
cepta oratio, nobis non placet, olet enim omnino barbariem.
Tatetur eam orandi formulam communiter, hoc est, à tota Dei
Ecclesia receptam esse, sed quod non sui sit stomachi, illam sa-
stidit, & improbat. Quid ita? Quoniam ab hoc mysterio ab-
horret, summeque cupit tum huius, tum horum nominum,
Essentia, Persona, Hypostasis, & aliorum similium, quibus ad
hoc declarandum arcanum, Hæreticos refellendos, eorumque
captiones detegendas, atque depellendas antiqui patres feliciter
vsi sunt, memoriam sempiternam obliuione delere. Idem cum
suo discipulo Beza, ac ceteris amulsi arctissime tenet, nihil al-
lud esse personas in Trinitate, quam residentias in diuina es-
sentia; cuiusmodi sunt tres nodi, triaue in fusto ligneo fo-
ramina: & earum primam nominari Patrem: Secundam
Filium: Terciam Spiritum Sanctum, habita vt dictum est
ratione ordinis; quod est alterum Sabelliana hæresis extre-
mum, considentis omnino personas, cum doceret diuinam
essentiam ob quasdam proprietates diuersis hisce nominibus
appellari. Ex quibus impiū essetis, doctrinamque sacrilega, ef-
fudit Conzen in Euang. Tom. 11.

ficatur Filium Dei, quatenus persona est, esset autem proprie-
tatem in Essentia diuina, ac proinde non Deum in assumpta
humanitate, sed vnam proprietatem pro nobis crucis suppli-
cium pertulisse.

Sed de Sabellianismo Caluinistarum alibi actum
est à me. Interim v. 55. fidenter Christus respondet,
nosse se patrem vt pote filium, eos non nosse, vt ali-
enos, ideo & mendaces esse.

VERSUS 56.

*Abraham pater vester exultauit,
vt videret diem meum: & vidit,
& gauisus est.*

QVÆSTIO I.

*Quomodo Abraham vidit diem
Christi?*

§. 1. **A**ugustinus de Trinit. per fidem vidisse. Chry- Multis
sotomus, vidisse diem crucis. modis A²

Alii vidisse in Isaac immolatione. alii vidisse cum Abraham
natus est Christus, facti illi per Angelos reuelatione. Christum
Mihī omnibus illis modis vidisse verisimile est. Nam vidit.
mediatorem credidit, reuelationem accepit à Deo.
Vide Iren. l. 4. c. 12.

Augustinum contra Maximinum l. 3. c. 26. & l. 2. c.
27. de pecc. orig.

§. 2. Pareus l. i. de iustificatione c. 16. probare co-
natur à iustificatione excludi omnia opera Abraha-
mi, etiam opera fidei, seu ex fide & caritate proce-
dentia. Neque, inquit, restringi potest ad opera solis no-
stris viribus, vel ex solā cognitione legis Mosæ facta, nam
etiam Abrahæ opera excluduntur cap. 4. i. quæ certe non
ex solis viribus naturæ, nec ex solā cognitione legis Mosæ
facta, quam Abraham ne vidit quidem, sed ex fide & cog-
nitione Euangelij facta fuerunt. Abraham enim gessit vi-
dere diem Christi, & vidit eum, & gauisus est.

Respondeo. Abrahamum fidem & cognitionem
habuisse, operibusque ex ea procedentibus meri-
tum, & iustitiæ augmentum: non tamen opera viri-
bus naturæ facta ad iustitiam quicquam contulisse;
Nam iusti opera quædam faciunt, non ex gratiæ
principio, sed naturali quadam probitate, quæ non
iustificat. Non excludi autem opera fidei, & gra-
tiæ in cap. 3. & 4. ad Romanos multis probauit.

VERSUS 57. & 58.

*Dixerunt ergo Iudæi ad eum.
Quinquaginta annos nondum
habet, & Abraham vidisti? Di-
xit eis Iesus, Amen, amen dico
vobis, antequam Abraham fie-
ret, ego sum.*

QVÆSTIO I.

*Quomodo ante Abrahamum
Christus?*

§. 1. **Q**uidam codices habent Iudæos dixisse;
quadragesima annos nondum habes, quin Iren.
l. 2. cap. 39. Quinquaginta annorum fuisse existimas.
Verum constat dominum egisse annum 34. cum mo-
reretur, Iudæi autem consilio maiorem ponunt nu-
merum, ne erroris argui possent. Nam de quadrage-
nario dubitari poterat. Plus enim quasi fiducia cause

K k

conce-

concedunt, ne nimis exacte agere videantur, & præcise.

Divinitas
Christi.

§. 2. Christus cœlestem sibi virtutem vindicat, & æternitatem. Nam antequam Abraham creare tur, esse se assererat. Egregie Chrysostomus. Animadverte quomodo se maiorem Abraham confirmavit. Si enim gaudius est videre diem eius, idque opera pretium duxit, propter beneficium inde proveniens gaudium constat, & quod longe maior esset. Nam cum Iudæi fabri filium eum appellarent, neque amplius quicquam de eo imaginarentur, paulatim eos ad maiorem sui cognitionem erigit. Cum ergo audierunt se Deum nescire, non egrè tulerunt: cum autem priusquam Abraham fieret, ego sum, perinde ac si nobilitas eorum degeneraret, exasperantur & lapides iaciunt in Iesum.

Et Augustinus Christi divinitatem hinc contra Arianos probat. I. de Trinit. Et nos utemur contra Caluinum, qui filium negat proprie creatorem cœli & terræ opul. 19. 24. & in hæresin. cap. 14. Christus ita erat rex post Deum, ut in sacerdotem etiam vngendus sit. & in Matth. 22. Sessio ad dextram Metaphorice accipitur, pro secundo, vel proximo gradu, quem Dei Vicarius occupat. Scripturas etiam quæ de Chri-

Calvini
error.

sti humiliatione agant, de vtraque natura, & eaturū subiectione accipit. l. 2. c. 14.

Contra eam impietatem verba Domini tenemus. *Christus antequam Abraham fieret, ego sum.* Non ait se ante Abrahamum creatum, aut conditum, sed esse. Alluditque ad id quod Moysi Deus dixit. Exod. 3. Ego sum, qui sum. Non erat autem secundum humanitatem, necesse est ergo Deum fuisse. Contra hæc insurgunt Zvingliorum soboles. Blandrata, Lælius Zozimus, Bernard. Ochinus. Castellio, Balduinus, Gribaldus, Syluanus, non mitius quam Iudæi qui lapides sustulerunt, vt iacerent in eum, seu vt est in Syro *ܕܠܝܬܐ* vt obruerent eum. In quibusdam exemplaribus. v. 59. additum est. Transiitque per medium eorum, & abiit. Sed aliunde additum videtur, forte ex Luc. 4. 30. Nec enim Chrysostomus, nec Augustinus, nec noster interpretes legit. Nec vero etiam cautiore sēctariorum legendum censent vt Beza. Maluntque hoc loco Græcum textum ex Latino,

quam hunc ex illo emendare.

C A P V T IX.

IESVS prateriens IESVS vidit hominem cæcum à natiuitate: 2. Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? 3. Respondit IESVS: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. 4. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari. 5. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. 6. Hac cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex spato, & linxit lutum super oculos eius. 7. Et dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Misfusus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est. 9. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & laua. Et abiit, lauit, & video. 12. Et dixerunt ei: Vbi est ille? At: Nescio. 13. Adducunt eum ad Phariseos, qui cæcus fuerat. 14. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. 16. Dicebant ergo ex Phariseis quidam: Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo: qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. 18. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat: 19. Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? 20. Responderunt ei parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. 21. Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: etatem habet, ipse de se loquatur. 22. Hac dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fierent. 23. Propterea parentes eius dixerunt: Quia etatem habet, ipsum interrogate. 24. Vocauerunt ergo rursus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccator est. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator es, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, modo video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis; quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli eius fieri? 28. Male dixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis; nos autem Moysi discipuli sumus. 29. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus vnde sit. 30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos; 31. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. 32. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. 33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. 34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. 35. Audiuit IESVS, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium DEI? 36. Respondit illi, & dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? 37. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. 38. At ille ait: Credo domine. Et procidens adorauit eum. 39. Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæcificent. 40. Et audierunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus? 41. Dixit eis IESVS: Si cæci essetis, non habetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

IN CA.